etiam in superficie trianguli.a.d.g. Igitur necessarium est: ut sint in sectione harum superficierum cōmuni: quam per tertiam vndeclimi constat esse linea rectam. A terminis itaqz duarum linearum.a.t. et.a.g.reflectuntur alie due t.l. et.g.d. secantes se super.k. ergo per quintam decimā huius p:op:to:g.l. ad.l.a.componif ex duabus: scz proportione.g.k.ad.k.d. et p:op:to:d.t. ad.t.a. Prop:to aut.g.l.ad.l.a.per decimā huius est sicut p:op:to cho:de dupli.g.e.ad chordam dupli.e.a. Et.g.k.ad.k.d.p:op:to per eandē est sicut chordae dupli.g.z.ad chordam dupli.z.d. Item per duodecimam huius et conuersam proportionalitatem p:op:to.d.t.ad.t.a.est sicut cho:de dupli.d.b.ad chordā dupli.b.a. quare oportet vt p:op:to cho:de dupli.g.e.ad chordā dupli.e.a. sit composita ex duabus: scz p:op:to cho:de dupli.g.z. ad chordam dupli.z.d. item p:op:to cho:de dupli.d.b.ad chordā dupli.b.a. quod fuit probandum.

Propositio xv.

Hec p:op:to cho:de dupli vnius arcum descendentium ad chordam dupli partis eius superioris componeſ ex duabus: quarum una est p:op:to cho:de dupli arcus reflexi cōterminalis huius descendenter ad chordam dupli partis eius superioris. altera est p:op:to cho:de dupli partis inferioris alterius reflexi ad chordam dupli totius huius reflexi.


Sint arcus vt in figura precedētis. Dico q: p:op:to cho:de dupli arcus g.a.ad chordam dupli.a.e.est composita ex duabus: scz proportione cho:de dupli arcus.g.d.ad chordam dupli.d.z. et p:op:to cho:de dupli.z.b.ad chordam dupli.b.e. Sit enim.b. centrum sphere. a quo ducte semidiametri b.a.b.d.b.b.conueniant cum chordis continuatis.g.e.g.z.e.z.in punctis.l.k.t. constabit hec tria in una linea recta fore: q: sint in duabus superficiebus planis: scz circuli.b.d.a. et trianguli.z.e.g. quare constat per tertiam vndeclimi sese secare in linea recta. Habes itaqz: q: a terminis duarum linearum.l.t et.l.g.reflectantur due alie.t.e. et.g.k.secantes se in.z. Igitur per octauā huius g.l.ad.l.e.p:op:to componif ex duab: scz.g.k.ad.k.z. et.z.t.ad.t.e. Sed p: duodecimā huius patet has p:op:to esse sicut cho:de dupli.g.a.ad chordā dupli.a.e. Item cho:de dupli.g.d.ad chordā dupli.d.z. et cho:de dupli.z.b. ad chordam dupli.b.e. Constat igitur p:op:sum.

Propositio xvii.

Istantiam duorum tropicorum instrumenti articulo deprehendere.

Dispones quartam circuli partem super lineam meridiei et superficiem planam horizontis orthogonalem: que sit.a.b. super centro.c. ita vt.c.a sit in superficie horizontis atqz circuli meridiani.b.c. Vo sit pars axis transeuntis per zenith nostrū et nadir eius. Hinc aptabis regulam.c.d. que voluat super.c. cētro habentē duas pinnulas cū foraminib: equaliter a linea recta.c.d. remotis: obserua bisqz circa solstitium hemale in meridie; radio solis ambo foramina pin-

vito
in fin
p:am
vra 3.1.1




Primus.

nularum penetrante: quam minimā altitudinem meridianam solis eo tempore inuenieris in. 90. partibus arcus. a. b. sitq; illa arcus. a. e. que erit altitudo tropici hiemalis. Similiter facies circa solstitium estivalē: vt maximam tunc altitudinem solis meridianam cognoscas: et sit arcus. a. f. que erit altitudo tropici estivalis. Arcus itaq; e. f. fiet distantia duorum tropicorum questi. Hanc Ptolemeus reperit. 47. graduū. 42. minuto:um. 40. secundorum. Inuenit enī proportionem eius ad totum circulum sicut. 11. ad. 83. postea vō minorem inueniunt. Nos aut inuenimus arcum. a. f. 65. graduū. 6. minutorum: et arcum. a. c. 18. graduū. 10. minutorum. Ideoq; nunc distantia tropicorum est. 46. graduū. 56. minutorum. ergo declinatio solis maxima nostro tempore est. 23. graduū. 28. minutorum.

Propositio xvij.

 **G**uislibet puncti eclyptice cuius distantia a sectione eclyptice et equatoris data sit: declinationem parere. Ex hoc constat: q̄ proportionis sinus totius ad sinus maxime declinationis eclyptice sit sicut proportionis sinus distantie puncti a sectione dicta ad sinus declinationis eiusdem puncti.

Sit circulus meridianus transiens per puncta tropica. a. b. z. g. d. Item medietas equatoris. a. e. g. medietas eclyptice. b. e. d. duo puncta tropica. b. et. d. sectio equatoris et eclyptice. e. punctus in eclyptica sit. h. cuius distantia a sectione scz. e. h. sit data. Per polū mundi qui sit. z. et punctum. h. vadat arcus circuli magni: qui sit. z. h. t. querimus arcum. h. t. qui est declinatio puncti. b. Quoniam ab angulo. a. descendunt duo arcus. a. e. et. a. z. a quo:um terminis. e. et. z. reflectuntur duo alij. e. b. et. z. t. se secantes in. b. et sunt arcus oēs circulorū magnorū: minores semicirculis. ideo per. 15. hui: p:roportionis chordae dupli. z. a. ad chordā dupli. a. b. cōposita est ex duab: p:portionib: scz chordae dupli. z. t. ad chordā dupli. t. b. et chordam dupli. b. e. ad chordam dupli. e. b. sed p̄ma proportionis cognita est: q̄ arcus. z. a. sit quarta circuli: et arcus. a. b. sit maxima declinatio. tertia quoq; cognita est: quia. e. h. est arcus datus: et. e. b. est quarta circuli. igitur ablata tertia a prima: remanebit p:roportionis secunda cognita. Sed. e. a. ad. a. t. p:roportionis est sicut chordae arcus dupli. z. t. ad chordā arcus dupli. t. b. z. t. aut cognitus est: quia quarta circuli. ideo per. 15. sexti et tabulam chordarū. t. b. cognitus erit: qui querebatur. Quando vō una p:roportionis fuerit ab alia subtrahenda: vt si velimus proportionē. c. ad. d. subtrahere a proportionē. a. ad. b. ducimus terminū secundum auferende in p̄mū terminū alterius: et productum statuimus terminū p̄mū residue. et terminū p̄mū auferende in secundum alterius: et productum facimus terminū secundū residue. Ut. d. in. a. ductus faciat. e. t. c. ductus in. b. producat. f. Dico q̄ proportionis. e. ad. f. est que remanet post subtractionem proportionis. c. ad. d. a proportionē. a. ad. b. Quod sic patet. Ex. c. in. a. fiat. h. quia itaq; ex c. in. a. fit. h. et ex. c. in. b. fit. f. ergo p. 17. quinti euclidis. h. ad. f. sicut. a. ad. b. Item ex. a. in. c. fit. h. et ex. a. in. d. fit. e. ergo p. eandem. h. ad. e. sicut. c. ad. d. Sed. h. ad. f. est composita ex duab: scz. h. ad. e. t. e. ad. f. quare. a. ad. b. est cōposita ex eisdem duabus. Et cum. h. ad. e. sit vt. c. ad. d. erit. a. ad. b. composita ex duabus: scz. c. ad. d. t. e. ad. f. quare ablata proportionē. c. ad. d. a propo:



9 18
a 6 5 3 e 12
8 3 5 2 f 9 5
remaneat

Liber

De additione et subtractione
propositio ad alia.

tione. a.ad.b. manebit proportion. e.ad.f. quod fuit ostendendum. **C**ontra autem una fuerit alteri addenda; ducimus terminum primum vnius in terminum primum alterius; productumque statim terminum primum composite. Item terminum secundum vnius in terminum secundum alterius; et productum statim terminum primum composite ex eis. Ut si proportion. a.ad.b. iungenda sit proportion. c.ad.d. duco. a.in.c. et fiat. e. ite. b.in.d. et fiat. g. Dico. e.ad.g. esse proportionem compositam ex duabus: scilicet proportion. a.ad.b. et proportion. c.ad.d. Quod sic patebit. Ex. a.in.d. fiat. f. quod pono medium inter e. et g. Quia itaque ex. a.in.c. et d. sunt. c. et f. igitur per. 15. quanti euclidis. e.ad.f. sicut. c.ad.d. Item ex. d.in.a. et b. sunt. f. et g. igitur per eandem. f.ad.g. sicut. a.ad.b. Sed. e.ad.g. proportion est composita ex duabus: scilicet. e.ad.f. et f.ad.g. igitur est etiam composita ex duabus illis equalibus: scilicet. a.ad.b. et c.ad.d. quod erat demonstrandum. Hec quidem de additione et subtractione vnius proportionis ad alia aut ab alia dicta sunt: quae in demonstratione huius propositionis metio facta est de subtractione proportionum. Nunc vero veniam ad corollarii.

Regula Corv. I.
vix copositum.

Quae ostendit 6 quantitates ad
quae redirentur via Composito
Et ostendit sp. 3 quantitates
per. 15. et o. 10. regles int. r.
que ex note esse. Id propositio
dimissio. Ita si non habet

Sinu alicuius arcus voco dimidiū chordae dupliae arcus. Quicquid igitur Ptolemeus in figuris suis: quas greci sectiones vocant: de proportionibus chordarum arcuum duplo: um ostenderit: id etiam per. 15. quinti patet verum esse de proportionibus sinuum talium arcuum. Ideo in figura huius propositionis proportion sinus arcus. 3. a.ad.sinum arcus. a.b. est aggregata ex duabus proportionibus: scilicet sinus arcus. 3. t.ad.sinum arcus. t. b. et sinus arcus. b.e.ad.sinum arcus. e.b. Sed tres arcus. 3. a. 3. t. e. b. sunt egales: quia quilibet est quarta circuli magni: et cuiuslibet eorum sinus est semidiameter circuli: quam vocamus sinum totum. Erit igitur proportion sinus totius ad sinum arcus. a.b. qui est sinus maxime declinationis composta ex duabus: scilicet proportione sinus totius ad sinum. t. b. et proportione sinus. b.e.ad.sinum totum. Utram barum postremarum primam feceris: nihil interest. Sed due proportiones: scilicet proportion sinus. b.e.ad.sinum totum: et proportion sinus totius ad sinum. t. b. simul efficiunt proportionem sinus. b.e.ad.sinum. t. b. quod sinus totus medius inter hos sit. ergo proportion sinus totius ad sinum maxime declinationis est sicut proportion sinus arcus. b.e.ad.sinum arcus. t. b. Tribus itaque primis notis: per. 15. sexti notus fiet sinus arcus. t. b. hinc per tabulam sinuum arcus. t. b. dabitur. Et ita patet veritas et usus corollarij. Ex dictis constat: cum fuerint sex quantitates: et proportion prime ad secundam sit composta ex proportionibus tertie ad quartam: et quinte ad sextam. si quinq[ue] harum quantitatum cognite: fiet et sexta cognita. Ut sit proportion. a.ad.b. composta ex duabus: scilicet. c.ad.d. et e.ad.f. Sit autem vnu ex his ignotum: reliqua sint nota. Dico ipsum etiam notum fieri. Nam necesse est in talibus sex quantitatibus: ut multiplicatio prime in quadrata ducta in secundam sit equalis multiplicationi secunde in tertiam ducta in quintam. Ex. a.enim in. d. fiat. g. et ex. c.in.b. fiat. h. per regulam dictam de subtractione proportionum constat: quod g.ad.h. sit sicut. e.ad.f. ergo per. 15. sexti ex. g.in.f. sit tantum quantum ex. h.in.e. Si itaque f. fuerit ignotum: cum. g.ad.h. sit vt. e.ad.f. cum. g.b. et e. sint nota: fiet. f. notum. Si. e. esset ignotum: cum. g.ad.h. sit vt. f.ad.e. tria vero eorum prima data: dabitur et quartum. Si autem aliqua ex. c. et d. esset ignota: ponerem loco illarum. e. tertiam. f. quartam: et agerem via iam dicta: et ignotum nosceretur. Si vero aliqua ex. a. et b. esset ignota: ex. c.in.e. fiat. k. ex. d.in.f. fiat. l. per regulam additionis proportionum. k.ad.l. erit vt. a.ad.b. Et cum. k. et l. et altera ex. a. et b. sint nota: fiet et reliqua nota. Sic patet propositum.

Regula. Janotum
sec. quantitatibus regitur
da.

a 24 5 6 e 4

b 3 8 1 f 3

a 24 5 6 e 4

b 3 8 1 f 3

a 24 5 6 e 4

b 3 8 1 f 3

a 24 5 6 e 4

b 3 8 1 f 3

a 24 5 6 e 4

b 3 8 1 f 3

a 24 5 6 e 4

b 3 8 1 f 3


Primus.

Propositio xxv.

Cuiuslibet arcus eclyptice a sectione eq̄toris et eclyptice inchoati ascensionē in sphaera recta ostendere. Hinc manifestum est: q̄ proportionio sinus totius ad Corrum sinum complementi ascensionis recte sit sicut p 20/ portio sinus complementi declinationis punctiarum eclyptice terminantis ad sinum complementi talis arcus eclyptice: arcus in qua qui tali ascensioni recte correspondet.

Ascensio recta alicuius arcus eclyptice vocatur arcus equinoctialis: qui cum tali arcu eclyptice incipit et definit oriri in sphaera recta. Sit igitur figura superioris propositionis in ea arcui eclyptice. e. h. correspondet ascensio recta que est arcus. e. t. hec queritur. Quia duo arcus descendunt ab angulo. a. scz a. e. t. a. z. a quibus reflectuntur duo alij. e. b. t. z. t. se secantes in. h. Igitur p 14. huius: t. 15. quinti proportionis sinus arcus. z. b. ad sinum arcus. b. a. componitur ex duabus: scz proportione sinus. z. b. ad sinum. b. t. et sinus. t. e. ad sinu e. a. Sed quinqz arcus sunt noti: scz. z. b. b. a. z. b. h. t. e. a. nam. z. b. est complementum declinationis maxime. b. a. Vo est maxima declinatio. z. b. est complementum declinationis puncti. b. h. t. est declinatio. b. puncti. e. a. est quarta circuli. igitur et horum quinqz arcuum chordae aut sinus noti fient per tabulas. quare per regulam sex quantitatum sinus. e. t. notus fiet: ergo et sinus arcus: qui querebatur. Verum hac via correclarium non sequitur: sed ita procedet: quia per. 15. huius proportionis sinus. e. a. ad sinum. a. t. componitur ex duas bus: scz proportione sinus. e. b. ad sinum. b. h. et proportione sinus. b. z. ad sinu z. t. Quinqz vo sunt nota: quia areus. e. a. e. b. z. t. sunt quarte circulorum. b. h vo complementum arcus. e. h. dati. b. z. Vo complementum declinationis puncti b. dati. ergo per regulam sex quantitatū. a. t. notus fiet. ergo residuum de quarta cognitum: quod querebatur. Ex hac patet correclarium: quia proportionis sinus totius ad sinum. a. t. composita est ex duabus: scz proportione sinus totius ad sinum. b. h. et sinus. b. z. ad sinum totum. non refert utram harum postremarum proportionum alteri preposueris. Sequit enim ut proportionis sinus. b. z. ad sinum. b. h. sit equalis proportioni sinus totius ad sinum. a. t. sed harum quantitatū tres sunt cognite: igitur et quarta patefiet. Patet igitur veritas correclarum atqz usus eius.

**Explicit Liber Primus Epitomatis
Sequitur Secundus.**



Liber Secundus Regionū varietatem ortus : Prolixitatem diei : Altitudinem poli : Umbras solis : Ascensiones oblique sphere angularum ex concursu círculorum prouenientium varias habitudines perscrutando exactissime explicat.

Propositio

Prima.




N horizonte obliquo latitudinē ortus dati puncti ecliplice per arcū semidiurnū talis puncti demonstrare. Unde palā est: q̄ proportio sinus totius ad sinū arcus semidiurni alicui puncti ecliplice sit sicut proportio sinus complemēti declinationis eiusdem puncti ad sinum complemēti latitudinis ortus eius. **C**horizon obliquus seu declivus dicitur: supra quem alter polorum mundi eleuatur. Latitudo ortus alicuius puncti ecliplice vocatur arcus horizontis inter ortū talis puncti et equinoctialē interceptus. Arcus semidiurnus alicuius puncti ecliplice est medietas arcus paralelli talis puncti existentis supra horizontem. Sit in figura circulus meridiei. a.b.g.d. medietas equatoris. a.e.g. medietas horizontis obliqui. b.e.d. secans equatorem super. c. polus mundi sub horizonte vel supra sit. z. punctus ecliplice datus ortus: iaf supra. b. fiet latitudo eius ortus. e. h. trāseat arcus circuli magni a polo. z.p.h. qui sit. z.h.t.a terminis itaqz duorū arcū magnorum descendētū. a.z.a.e. reflectuntur duo. z.t. t.e.b. se secates supra h. igif per. p. primi huius proportionis sinus. e.a. ad sinum. a.t. componitur ex duabus. s. proportionē sinus. e.b. ad sinum. b.h. et proportionē sinus. b.z. ad sinum. z.t. Quinqz autē arcus ex his dati sunt. nam. e.a.e.b.t.z.t. sunt quarte círculorum. a.t. vō arcus semidiurnus. sed. h.z. complementū declinationis puncti ecliplice: cuius ortus est in. h. igitur per regulam sex quantitatū notus fiet arcus. b.h. cuius complementum est. h.e. residuū de quarta circuli quod querebatur. Correlarium vō ex his trahitur. Nam in his sex quantitatibus prima tertia et sexta sunt inter se equales. Ergo eodem argumēto quo superiora correlaria ostensa sunt: proportio prime ad secundā fiet sicut proportio quinta ad quartā. Prima autē est sin⁹ totus: secunda sin⁹ arcus diurni: quinta sin⁹ complemēti declinationis puncti. quarta vō sin⁹ complemēti latitudinis ortus. igif etc.

Propositio .ii.



Dem per altitudinem poli cognoscere. Manifestum est igitur q̄ proportio sinus altitudinis equatoris ad sinum totum sit sicut proportio sinus declinationis puncti ecliplice ad sinū latitudinis ortus eiusdem puncti.

Sit figura prior: quia proportio sinus. z.a. ad sinū. a.b. componitur ex duabus: scz. proportionē sinus. z.t. ad sinū. t.b. et proportionē sinus. b.e. ad sinū. e.b. p. p. primi huius. Sed quinqz arcus sunt noti: nam. z.a. z.t. t.e.b. sunt quartae.



Secundus

a.b.aūt est complementū altitudinis poli.t.h. vñ declinatio pūcti dati. ideo sextus scz.b.c.notus fiet. Correlariū patet eo modo quo priora correlaria patuerunt per conuersam proportionalitatem.

Proprioij. iii.

Ex nota quātitate arcus semidiurni alicuius puncti eclyptice: t latitudine ortus eius altitudinem poli deprehendere. Constat itaq; q; propo:rtio sinus complementi arcus semidiurni ad sinum talis arcus sit composita ex duabus: scz proportione sinus latitudinis ortus puncti eclyptice ad sinum complementi huius latitudinis: t proportione sinus altitudinis poli ad sinū totum. Sit iterum prior figura. Dat q; propo:rtio sinus.e.t.ad sinum.t.a.est composita ex duabus: scz proportione sinus.e.b.ad sinum.b.b.t propo:rtio ne sinus.b.z.ad sinū.z.a. Sed quinq; arcus sunt noti: scz.e.t.complementū arcus semidiurni.t.a.arcus semidiurni.e.b.latitudo ortus.b.b.complementū huius latitudinis. t sexa scz.z.a.quarta circuli. Per regulam igitur sex quantitatū: quinta scz sinus.b.z.cognita fiet.

Propositio .iiiij.

Dem aliter patefacere. Nam est ergo q; propo:rtio sinus totius ad sinum complementi altitudinis poli sit sicut propo:rtio sinus latitudinis ortus ad sinum declinationis puncti eclyptice.

Correlariū primo manifestū est ex cor:relario secunde huius t quersa proportionalitate. Lū itaq; latitudo ortus t declinatio pūcti eclyptice note sint: fiet t p regulā quattuor numeroz nota altitudo poli: q; querebaf.

Propositio .v.


Aliuscunq; puncti eclyptice arcum semidiurnum per altitudinem poli notificare. Unde propo:rtio si nus altitudinis poli ad sinū complementi eiusdem cōponit ex duab: scz proportione sinus cōplementi declinationis pūcti eclyptice ad sinū declinationis eius: t sinus differētie arcus semidiurni t quarte ad sinū totū. In priori figura p:ropo:rtio sinus.z.g.ad sinum.b.a.componitur ex duab: scz proportione sinus.z.b.ad sinum.b.t.t propo:rtione sinus.t.e.ad sinū.e.a. Sed quinq; arcus dati sunt. nam z.b.est altitudo poli.b.a.complementum eius. z.b.complementum declinationis puncti eclyptice dati. b.t.declinatio eiusdem. t.e.a.quarta. Ex quibus per regulam sex quantitatū notus fiet arcus.t.e. qui est differentia arcus semidiurni t quarte circuli. quo noto noscetur t arcus semidiurnus.

Propositio .vi.

Dem aliter habebis per latitudinem ortus.

Ex prima huius propo:rtio sinus.b.z.ad sinum.b.b.est sicut propo:rtio sinus totius ad sinum.a.t.igif tc.

b ;



Propositio vii.

*Quod habet de quatuor quantitatibus ad quatuor regiones via
uniforme. Et est hoc secundum quantitatibus tres. Ita in
potest manant propositio huius possit
pro ratione. Multiplicatio et in se
et dividendo dividendo per hoc quatuor
se habebit ad quantitatem per primam ab aliis.*





Questionem differentie semidiurni equalis et bre
uisissimi in omni regione ad quattuor quantitates pro
portionales redigere.

Figuratio quinta huius habuit proportionem sinus. 3.b.ad
sinum. b.a.componi ex duabus: scilicet proportionem sinus. 3.b.ad
sinum. b.t. et sinus. t.e.ad sinum. e.a. Sed dum. b. fuerit punctus
ortus tropici caput: componitur ut. 3.b. t. b.t. t.e. a. maneant cedem quanti
tates in omni regione. Est enim. 3.b. complementum imaginis declinatiois. b.t.
maxima declinatio. e.a. quarta circuli. Multiplicatio igit sinus. b.t. in sinu
e.a. faciat. l.l. autem diuisum per sinus. 3.b. producat. n. Dico quod propo:ti:o. n. ad
sinum. t.e. sit sicut propo:ti:o sinus. b.a. ad sinum. 3.b. Multiplicatio enim sinus
3.b. in sinu. t.e. faciat. m. ex regula additionis proportionum ostendat: q.l. ad m.
proprio sit sicut propo:ti:o sinus. 3.b. ad sinu. b.a. Sed am. ad l. per. 15. quinti
est ut sinus. t.e. ad n. ergo propo:ti:o sinus. t.e. ad n. est sicut propo:ti:o sinus
3.b. ad sinum. b.a. Ideoque conuersum propo:ti:o sinus. b.a. ad sinum. 3.b. est
sicut propo:ti:o n. ad sinu. t.e. Non manebit idem in omni regione propter
quantitates. 3.b. b.t. t.e. a. easdem manentes. ex quibus productum fuit. n.
Ideo sinum altitudinis poli in regione qua volueris duc in. n. et productum
divide per sinum complementi eiusdem altitudinis poli: et erabit sinus diffe
rentie semidiurni equalis et breuisissimi in eadem regione. Si ergo hoc ingenio
tabule diei longissimi in omni regione compositio facilis.

Propositio viii.

*C*ilibet duo paralelli per puncta eclippticæ equalis
distantia a duobus punctis tropicis cunctis: secant
de horizonte obliquo ab utraq[ue] parte equinoctiali
arcus equales: et fit alternativus arcus diei vni
equalis arcui noctis alterius. Idem quoq[ue] fit de
paralellis cunctis per puncta eclippticæ a duobus punctis
equinoctiorum equalis distantie.

Sunt talia duo puncta eclippticæ unum ad partem septentrionis ab equa
to: alterum ad partem meridiei. Meridionale orientatur in horizonte obli
quo in. b. septentrionale in. k. Positiones paralellorum per ea cunctis sunt. n.k.
et. m.b. quarte circulum magnorum a polis videntium sunt. 3.b.t. t.l.k.s.
Dico arcum. b.e. equalem esse arcui. e.k. et alternativum arcum vni diei arcui
noctis alterius. Nam cum puncta data sunt equalis distantia a punctis tro
picorum aut equinoctiorum: posset per ea que de declinatione habentur: ipsa
eclipsi esse declinatiois. Sic arcus. b.t. eclipsi erit arcui. k.s. ergo ambo paralelli
eclipsi erunt magnitudinis: per sinu. arcus. b. 3. sit eclipsi arcus sinui. l.k. quod sunt se
midiametri paralellorum: ergo per. 6. primi Theodosii horizon circulus magn
us resecat ex eis alternativum arcus equales. quod arcus. m.b. sit eclipsi arcui. n.k.
sed. n.k. est arcus semidieci puncti orientis in. k.m.b. aut arcus seminoctis pun
cti in. b. orientis. Item his similes sunt arcus. a.s. t.t.g. igit eclipses. a quibus
demptio. a.t. t.s. g. equalibus: remanent. t.e. t.c.s. equales. igit et residui. a.t.
et. s.g. sunt eclipses: et arcus semidieci puncti orientis in. b. arcui seminoctis pun
cti orientis in. k. equalis. quod est secundum. Preterea cum duo arcus. c. et



Secundus

t.b.sunt equales duobus arcibus.e.s.s.k.t anguli.t.z.s.recti:t anguli.a.d.e.
 compoſiti equales: ſequit per modū probationis iuxta p:imū euclidis arcū
 e.b.equari arcui.e.k.quod erat p:imū. Nel posſes hoc p:imū probare per ea
 que demonstrata ſunt in ſecunda huius:q: proportionio ſinus.b.a.ad ſinū totū
 eſt ſicut proportionio ſinus.b.t.ad ſinū.b.e. Item proportionio ſinus.d.g.ad totū
 eſt ſicut proportionio ſinus.k.f.ad.s.e.sed.a.b.eſt equalis.d.g.t.h.t.equalis.k.f.
 ergo ſinus.t.b.ad.b.e. ſinū ſicut.t.b.ad.e.k. quare per nonam quinti.b.e.eq:
 lis erit.e.k. Simili via ſecūdū p:obabis per ea que dicta ſunt in probatione
 p:remiſſe:q: proportionio.n.ad ſinū.t.e ſit ſicut.n.ad ſinū.e.s.igitur zc.

Propoſitio ix.



Data ſolis altitudine: vmb:ram rectam ſeu versam
 perſcrutari. Unde neceſſe eſt: ut proportionio ſinus al-
 titudinis date ad ſinum complementi eius ſit ſicut
 proportionio longitudinis vmbrosi ad vmbre ſue recte
 longitudinem.

Umbram rectam dicimus vmb:ram quā res orthogonaliter ſuper ſuperfi-
 ciem horizontis errecta efficit in ipſa horizontis ſuperficie. Sed vmb:ram ver-
 ſam vocamus vmb:ram quam res horizontis ſuperficiei equidistantē efficit in
 ſuperficie orthogonaliter ſuper horizontē: velut eſt vmb:ra ſtili in chilindro pen-
 dente. Sit itaq: circulus altitudinis a.b.g. cuius centrum e. et propter in-
 ſenſibilem quantitatē ſemidiametri terre respectu ſemidiametri orbis ſolis
 ponimus ut centrum huius circuli ſit caput vmb:roli faciētis vmb:ram. ſitq:
 tale vmb:rosum.e.g. orthogonaliter ſuperficiei horizontis: in qua ſit linea.g.z.
 inſixum. ſemidiameter.e.b. equidistant ſuperficiei horizontis. ſit etiam nunc di-
 eta ſolis altitudo arcus.b.c. ducta linea.c.e. repreſentans radium ſolare ob-
 viet horizonti in.z. Vmb:roſo itaq: g.e. reſpondet vmb:ra recta.g.z. dum alti-
 tudo ſolis fuerit.b.c.arcus. cadat.c.d. ſuper.b.e. perpēdicularis: z.c.l. ſuper
 e.a. etiam perpēdicularis. fiet per.28.z.34.p:imi.c.d.equalis. i.e. z.c.l. eq:
 lis.d.e. L.d.a:nt eſt ſinus altitudinis.b.c.z.c.l. ſinus complementi eiusdem
 altitudinis. Sed per quartam ſexti.c.d.ad.d.e. proportionio ſicut.e.g.ad.g.z.
 ſed p:ima tria data ſunt: igitur quartum notum fiet. Dinc etiam corollarium
 probatum eſt. Sed de vmb:ra versa fit.m.o.o:thogonalis ſuper horizontem
 cui inſixum ſit vmb:roſum equidistant ſhorizonti: quod ſit.m.e. cuius extremitatem.e. ſicut antea reputabimus tanq: centrum circuli altitudinis propter
 paruitatem ſemidiametri terre respectu ſemidiametri orbis ſolis. Altitudi-
 ne itaq: ſolis exiſtente arcu.b.c.vmb:roſi.d.m.vmb:ra versa eſt.m.n. que que-
 ritur. nota a:nt fiet ex q:rtā ſexti:q: e.d.ad.d.c. proportionio ſit ſicut.e.m.ad.m.n.
 Sed tria p:ima ſunt data: igitur quartum.m.n. notum fiet. Infertur ex hoc
 corollarium illud.

Propoſitio x. Corollarium p:ate

Proportionio ſinus complemeti altitudinis date ad ſi-
 nū altitudinis eſt ſicut proportionio longitudinis vmb:
 roſi ad ſuam vmb:ram versam ex vmb:ra ſolis ſeu re-
 cta ſeu versa altitudinem ſolis conicere.

Sit p:mo.g.z.vmb:ra recta data vmb:roſi.g.e. q:drabovtrāq:
 longitudinē. producti radix erit linea.z.e. ſed.z.e.ad.e.g.p:oproportio ſicut.e.c.
 ſinus totius ad.c.d. ſinū altitudinis que queritur. Sed tria p:ima ſunt data:



Decima pars p:otis de vmbra
 versa.

propositio. 10.

igitur quartum cognitū fiet. Item sit n.m. vmbra versa data: ex qua t.e.m. nota fiet. e.n. Sed e.n. ad n.m. sicut e.c. ad c.d. ergo sicut antea.

Propositio xi.

Sub equatore omnes dies sunt equales noctibus: et omnes stelle ortum habent et occasum: et vmbre quandoq; versus meridiem: quandoq; versus septentrionem: quandoq; nusquam declinant.

Norizon enī habitatiū sub eq̄to: secat ipm. eq̄to: et oēs paralelos in portioes semicirculos. Et quia trāsit p polos mudi: sup quib⁹ fit stellarū revolutio: op̄et ut oēs orientis omnesq; occidant. Et cū sol in hora meridiei nūc sit meridian⁹ a zenith: nunc septentrionalis: nūc vō in ipso zenith: quod est polus horizontis. Verum constat quod de vmbrib⁹ dicitur.

Propositio xii.

Sub omni paralello v̄sus septentrionē ab equatore bis tm̄ fit dies equal' nocti in anno: et dies estiui hibernis lōgiōres: noctes breniores. Et quāto ab eq̄ noctis distātiores: tāto estiui pductiores: hiberni correptiores. Et quedā stelle apparētes sp: qdā occulte sp. At distātia zenith ab eq̄noctiali eqlis altitudini poli.


Sit meridianus. a.b.c.d. axis mundi in co. a.e.c. duo poli. a. t. c. equinoctialis. b. d. paralellus meridianus. b. i. vnu. f. t. alter. Septentrionales vō l.m.o.p.s.g. erit itaqz. a. e. c. loco horizontis in sphera recta. Et quia in obliqui alter polorum eleuatur: sit ille. c. et linea horizontē obliquū designans. f. e. g. Palam est aut q; horizon. f. c. g. equatorem. b. d. tm̄ per equa secat. Reliquos vō paralellos inequaliter secare necesse est. t. o. q. maiorem esse. l. n. Itē. l. n. maiorem. b. e. t. b. e. maiorem. b. k. Item stelle inter paralellum. g. f. semp erūt supra horizontē: et inter paralellū. f. t. semper sub horizonte. Itē zenith capitū sit. r. fietq; arcus. b. r. eqlis arcui. c. g. q. b. c. sit quarta: t. r. g. q. rta.

Propositio. xiii.

Sub remotiori paralello ab equatore maior est diērum et noctium ineq̄ualitas: maiorq; pars stellarū semper apparentiū: maior etiam semp occultantiū. Ut si in figura superiori obliquū horizontē magis inclines et designaueris eum per lineam. v. e. x. in paralello. o. p. tū arcus semidiurnus signabis per. o. y. nocturnus per. y. p. In horizonte aut minus obliquo punctus. q. hec separabat. Sed maior est ineq̄ualitas. o. y. t. y. p. q. o. q. t. q. p. Item pars stellarū semper apparentiū iam distinguetur paralello. t. x. et nō apparentiū. v. z. sed tū paralelli plura induunt q; paralelli. s. g. igitur tē.

Propositio. xiv.

Sub omni paralello inter equinoctialem et tropici cancri: vmbre meridiei quandoq; versus septētrio nem: quādoq; versus meridiem reflectuntur: et bis in anno nusquam.



Secundus

Cuando enī est in gradu paralelli per zenith euntis: nusquā flectit umbra meridiana sed in gradu meridianō ab hoc declinat umbra versus septentrio/nem: in septentrionali versus meridiem.

Propositio xv.

Sub tropico cācri semel in anno nulla fit umbra me/ridiana. nunq̄ aut ad meridiem fiet inflexio.

Creflexu quidem caret sole in principio cancri existente. In reliquis vō locis eclyptice persflexum versus septentrionē ne/cessē est esse.

Propositio xvi.

Apter tropicum cancri et circulum arcticū habitan/tibus umbra meridiana nunq̄ flexu caret: sed oēs versus septentrionem inflectuntur.

Datet q̄ilia sol zenith eorum nunq̄ attingit.

Propositio xvii.

Sub circulo arctico semel in anno dics. xxiiij. hora/rum sine nocte constituitur: et umbra in eo ad omnē partem horizontis circuit: semelq̄ nox. xxiiij. hora/rum sine die producitur.

Illuc enim tropicus cancri horizontem contingēdo nunq̄ mergitur: sicut tropicus capricorni nunq̄ emergitur.

Propositio xviii.



Sub polo mundi medietas sphere apparet semper et reliqua occulta est semper. Annoq̄ dimidio lux continua: et reliquo nox una.




Equinoctialis enim illic in superficie horizontis est: ideo pa/tet propositum.

Propositio xix.

Sub horizonte obliquo quilibet duo eclyptice arcus equales: a punctis equinoctiorum inchoati: equales habent ascensiones. Unū constat quoslibet duos arcus eclyptice equales: et equaliter a pūctis equinoctiorū distantēs: equales habere ascensiones.

Sit meridianus. a. b. g. d. medietas equatoris. a. e. g. medietas horizontis obliqui. b. e. d. duo arcus eclyptice equales. z. h. t. k. ita q̄ quisq; punctorū. z. t. sit pūctus equinoctij. Nam est q̄ cum arcu. z. h. oritur arcus equatoris z. e. et cum arcu. t. k. oritur arcus equatoris. t. e. Dico duos arcus. z. e. t. t. e. equales esse. Sint poli mundi. l. t. m. ducantur arcus circulorum magnorum. l. e. m. l. k. l. t. m. h. t. m. z. quia. h. t. k. sunt puncta equalis distantie a sectione equitoris et eclyptice: igitur per ea que habentur de declinatione: declinationes eorū et complementa declinationū suarum sunt equalia. Ita arcus. l. k. equalis arcus. m. b. sed. l. t. equalis. m. z. q̄ uterq; sit quarta. t. t. k. equalis sit. z. h. exposito. igitur per scientiam triangulorum sphericalium angulus. z. m. h. equalis est angulo. t. l. k. Item per octauam huius. e. k. equalis est. e. h. et duo. k. l.





$\tau.l.e.$ equales duobus. $b.m.\tau.m.e.$ igitur per eandem scientiam angulus. $k.l.e.$ equalis angulo. $b.m.e.$ ergo residuus. $e.l.t.$ equalis residuo. $e.m.z.$ Sed duo latera. $z.m.m.e.$ sunt equalia duobus. $e.l.t.t.$ quia omnes sunt quartae: igitur basis. $z.e.$ equalis basi. $e.t.$ quod fuit ostendendum. Dinc patet corollarium: et ex coceptione Si ab equalibus equalia demas: remanentia fient equalia.

Propositio xx.

Quilibet duo arcus ecliptice equales: et equaliter ab alterutro punto tropico distantes: habent ascensiones in horizonte obliquo distinctas e qualibus rectis eorundem pariter coniunctis.

Sit ut antea meridianus. $a.b.g.d.$ medietas equtoris. $a.e.g.$ medietas horizontis obliqui. $b.e.d.$ duo arcus zodiaci equales et equalium instantiarum a puncto tropico hiemali sint. $z.b.t.h.$ ita ut sit principium equinoctij vernalis. $z.$ equinoctij autumnalis: quos necesse est in $h.$ terminari per octauam huius: etiam per equalitatem complementorum suarum declinationum. Palam autem est quod $z.b.$ eleuatur in horizonte obliquo cum. $z.c.t.t.b.$ eleuatur cum. $t.e.$ eo quod cum punctus $t.$ peruenierit ad horizontem: tam $t.b.$ quod $t.e.$ sunt perorti. Igitur totus arcus. $t.e.z.$ equatur ascensionibus obliquis duorum arcuum. $z.b.t.t.b.$ **D**reterea sit polus meridianus. $k.a$ quo per $h.$ veniat quarta circuli magni. $k.b.l.$ per dicta superius de ascensionib[us] rectis palam est quod in sphera recta. $z.b.$ eleuatur cum. $z.l.t.t.b.$ eleuatur cum. $t.l.$ Sed duo arcus. $t.l.t.l.z.$ sunt equales duobus arcibus $t.e.t.z.e.$ ergo patet propositum. Ex his infertur hoc corollarium.

Notis ascensionibus obliquis in una quarta ecliptice: note quoque fient in quartis reliquis.

Notis enim ascensionibus in quarta ab arietate ad cancrum: per premissam noscent et ascensiones in quarta a capricorno ad arietem. Inde per hanc reliquam quartarum ascensiones patefiant. **H**abes etiam quod differentie ascensionum in sphera recta et obliqua arcuum ecliptice equalium et equaliter a puncto tropico distantium sunt eadem: et quod per medietatem ecliptice septentrionalis ascensio recta sit obliqua maior: per reliquam vero minor.

Propositio xxii.

Quiuslibet arcus ecliptice a punto equinoctij vernalis inchoati ascensionem in horizonte obliquo demonstrare.

Sit meridianus. $a.b.g.d.$ medietas horizontis obliqui. $b.e.d.$ medietas equatoris. $a.e.g.$ medietas ecliptice. $z.b.t.p.$ punctus equinoctij vernalis. $b.$ arcus ecliptice. $b.l.$ datus. Palam est quod eius ascensio in hoc horizonte est arcus. $b.e.$ quod querifit. **S**it polus septentrionalis. $k.a$ quo veniat quarta circuli magni per $l.$ que sit. $k.l.m.$ Palam est quod arcus. $b.l.$ ascensio recta est. $b.m.$ que ex superioribus nota est. cuius autem et ascensionis oblique differentia est. $e.m.$ que sic nota fiet. Quia duo arcus. $k.m.t.e.d.$ a terminis duorum. $g.k.z.g.e.$ ducti secant se super. $l.$ ergo propositio sinus arcus. $k.d.$ ad sinum arcus. $d.g.$ composita est ex duabus: scilicet proportione sinus arcus. $k.l.$ ad sinum arcus. $l.m.$ et proportione sinus arcus. $m.e.$ ad sinum arcus. $e.g.$ Sed quinque arcus noti sunt. nam $k.d.$ est eleuatio poli super horizontem

Secundus

propositum. d.g.complementū eius. k.l.complementum declinationis puncti. l.t.l.m.sua declinatio. t.e.g. q̄ta circuli. igit p̄ regulā sex quantitatū. m.e. cognitus erit. ideoq; t.b.c.residuus de.b.m.datus erit: qui qucrebatur.

Propositio. xxij.

A quoq; horizonte obliquo dato inuentionem iam dictā ad quatuor quantitates redigere. Hinc manifestum est: si sinus altitudinis poli in horizonte tuo ductus fuerit per sinū totum: t quod exit diuisum per sinū complementi eiusdē altitudinis poli: erit eius quod ex hac diuisione prouenit ad sinū differētie ascensionū recte t oblique que queritur proportio veluti sinus complemēti declinationis ad sinū eiusdē declinatiōis p̄portio. Habes enim ex premissa: q̄ p̄portio sinus. k.d.ad sinū. g.d.composita est ex duabus: videlicet proportione sinus. k.l.ad sinū. l.m. t proportione sinus. m.e.ad sinū. e.g. Utram barum p̄ posueris postremā: nihil defert. Dux sinū. k.d.in sinū. e.g. t exeat. q̄. diuide. q. per sinū. d.g. pueniat. r. Di. co q̄. r.ad sinū. m.e.p̄portio sit sicut sinus. k.l.ad sinū. l.m.p̄portio. Nam. k.d.sinus in. e.g. sinū facit. q. Item sinus. d.g.in. r. facit etiam. q. ergo per. i.s. r. t. p̄portio. k.d.sinus ad sinū. d.g. est sicut p̄portio. r.ad sinū e.g. quare p̄portio. r.ad sinū. c.g.componetur qnoq; ex duabus ex quib; sinus. k.d.ad sinū. d.g. est composita. Necesse est igitur vt. r.ad sinū. m.e. p̄portio sit sicut sinus. k.l.ad sinū. l.m. quod est p̄positum: t corollarij intentio. R. itaq; in unaquaq; regione p̄posita semper idem manebit: p̄o p̄terea q̄ in ea. k.d.d.g.t.e.g.arcus ijdē continue maneat: ex quib; r. p̄ducit.

Propositio xxiiij.


A liuslibet arcus eclyptice ascensionum recte t oblique differentiam per arcum circuli magni a polo mundi venientem determinare.

Sit circulus meridiei. a.b.g.d.medietas horizontis. b.e.d. medietas equinoctialis. a.e.g.t eclyptice. z.c.b. ita vt. e.sectio equinoctialis eclyptice t horizontis sit p̄cū vernale. Sit autē de eclyptica arcus. e.t. datus: p̄tio paralelli trāseūtis p.t. sit. t.k.a polo meridionali. l. pcedat arcus quartarū circulorū. l.t.m.l.k.n.l.e. Nam est arcū zodiaci. e.t. in sphera recta oriri cū arcu. m.e. t in obliq cū arcu. m.n.eq̄toris. Dif enī in obliqua cū arcu paralelli. t.k. cui filis est arcus. m.n. Nū eadē autē p̄portio orūnū filis arcus paralellorū in omni loco t tpe. Est igit. e.n. differētia ascensionū recte t oblique arcus ipsius. e.t. determinata p̄ arcū circuli magni. l.k.n.a polo venientis: quod est intentū. Quare talis ascensionū differētia semp determinabit p̄ arcū circuli magni venientis a polo p̄ punctum sectionis parallelī t horizontis.


Propositio xxvij.

A scensionum rectarum et obliquarum differētias via compēdiosiori deprehendere. Datet ex hoc q̄ p̄portio sinus totius ad sinū ascensionū rectarum alicuius arcus eclyptice ab ariete inchoati sit

*In ostendit se quattuor alio modo ad
et p̄ reducere prīvia diuisione. Et ostendit
se quattuor tres p̄m p̄m 2. et.
2. manent frēs. tñ si reducantur. Multo
explicat p̄m 3. et p̄m 4. et
p̄m 2. tñ q̄rēs se ḡabit ad 3. et 4. p̄m 2. et 4.
et 3.*





sicut proportio sinus differentie semidiurni minimi et equalis ad sinū differentie ascensionū recte et oblique talis arcus.



Conveniant horizon meridianus et equator: ut in figura superiori: et punctū h. sit sectio horizontis obliqui et parallelli tropici biemalis: et sectio horizontis et parallelli traeuntis per finem arcus ecliptice incepti ab. e. punto vernali: cuius ascensio obliqua queritur sit. k. quarte magnitudinē circulorū a polo z. venientium. sint. z. b. t. z. k. l. Nam est ex antedictis. i.e. esse differentiam ascensionum que queritur. t. t. e. esse differentiam semidiurni minimi et equalis. Cum autē a terminis duorum arcuum. t. z. t. e. reflectantur duo alii. z. l. e. b. secantes se in. k. fiet proportio sinus. z. h. ad sinum. b. t. composita ex duabus scz proportione sinus. z. k. ad sinum. k. l. et sinus. l. e. ad sinum. e. t. Sed ex ultima primi huius patet: qd sinus. z. h. ad sinum. b. t. proportio componitur ex duabus: scz proportione sinus. z. k. ad sinum. k. l. et proportione sinus elevationis recte talis arcus ecliptice: cuius terminus oritur in. k. aut cuius parallelus habet delinationem. k. l. ad sinum totum. Necesse est igitur ut proportio sinus arcus. t. e. ad sinū arcus. e. l. sit sicut proportio sinus totius ad sinū elevationis recte talis arcus ecliptice. Patet itaqz propositum.

Propositio .xxv.



Hec regione cui polus mundi eleuatur. xlvi gradib⁹ proportio sinus complemeti declinationis alicui⁹ arcus ecliptice ad sinum declinationis eiusdem est sicut proportio sinus totius ad sinū differentie recte et oblique ascensionum talis arcus.

Sit talis regionis horizon. b. e. d. medietas equatoris. a. e. g. et meridian⁹ a. b. g. d. polus mundi. k. punctum vernalē sit. h. arcus ecliptice sit. h. l. q̄rta circuli magni a polo venientis sit. k. l. m. erit itaqz arcus equinoctialis. h. m. ascensio recta. arcus ecliptice. h. l. et eius ascensio obliqua erit. h. e. differentia autē harum ascensionum est. e. m. Dico qd proportio sinus. k. l. ad sinum. l. m. est sicut proportio. g. e. sinus ad sinum. e. m. Proportio enī sinus. k. d. ad sinū d. g. componitur ex duabus: scz proportione sinus. k. l. ad sinum. l. m. et proportione sinus. m. e. ad sinū. e. g. Sed in hac regiōe. k. d. est equalis. d. g. qd proportio equalitatis constituitur ex duabus iam dictis. Igitur per regulā de additione proportionum quod sit ex ductu. k. l. in sinum. m. e. est equale ei quod sit ex ductu sinus. l. m. in sinū totum. Ideo per. i. c. sexti proportio sinus k. l. ad sinū. l. m. est sicut proportio sin⁹ totius ad sinū. m. e. quod est intentū.

Propositio .xxvi.

Hec omnia alia regiōe obliqua proportio sinus complementi altitudinis poli ad sinum altitudinus poli est sicut proportio sinus differentie ascensionum recte et oblique alicui⁹ arcus ecliptice in regiōe cui polus eleuatur. xlvi gradib⁹ ad sinū differentie ascensionū recte et oblique eiusdem arcus ecliptice in tali alia regiōe.

Repetaf proxima: nisi qd. k. d. et. d. g. iam sint inaequales. b. l. tamen et. k. l. et. l. m. maneant eiusdem quantitatis ut in proxima. et sit gratia exempli. k. d. iam. 40. gradus. Dico qd in regione cui polus eleuatur. 40. gradus: propo-

Secundus

tio sinus. d.g.ad.sinum.k.d.est sicut proportionis sinus.m.e.in regione cui polus eleuatur. 45. g.ad.sinum.m.e.in regione cui polus eleuatur. 40. g. Nam in regione elevationis poli. 40. g. proportionis sinus. k.d.ad.sinum.d.g.composita est ex duab^o: scz proportione sinus. k.l.ad.sinum.l.m. et proportione sinus m.e.in illa regione ad sinum.e.g. Sed proportionis sinus. k.l.ad.sinum.l.m.p premissam est sicut proportionis sinus totius ad sinum.m.e.regionis eleuacionis poli. 45. graduū. ergo p:op:ratio sinus. k.d.ad.sinum.d.g.in regione. 40. est composita ex duabus scz proportione sinus totius ad sinum.m.e.in regione. 45. et proportione sinus.m.e.in regione. 40. ad sinum totum. utram harum ultimarum preposueris: nihil interest. Faciunt enim simul proportionem sinus.m.e.in regione. 40. ad sinum.m.e.in regione. 45. igitur conuersim proportionis sinus. d.g.ad.sinum.k.d.in regione. 40. est sicut proportionis sinus.m.e.in regione. 45. ad sinum.m.e.in regione. 40. quod est propositum. Reducta itaqz proportione sinus. d.g.ad.sinum.k.d.in tua regione ad terminos quoru: primus sit articulus: in figuris significatiuis tñ unitatem habes. et habitis sinibus differetiaru: ascensionum rectarum et obliquarum in regione. 45. g. facillimū erit componere tabulam ascensionum obliquarum.

Propositio xxvij.


Eciam dicta ex vigesima secunda huius decerpere. Ibidem conclusum est: proportionem sinus. k.d.ad.sinum d.g.ex duabus componi: scz proportione sinus. k.l.ad.sinum.l.m et proportione sinus.m.e.in horizonte obliquo dato ad totum. Ex sinu.l.m.in totum fuit. q.q. dividum per sinum. k.l. faciat. r. Siat igit per. 15. tertii proportionis sinus. k.l.ad.sinum.l.m. sicut proportionis sinus totius ad. r. Sed per. 15. huius etiam est proportionis sinus totius ad sinum.m.e.in regione. 45. quare per nonā quinti. r. erit equalis sinui m.e.in regione. 45. ex sinu. k.l.in sinum.m.e.alterius regionis fuit. s. erit ex additioē proportionis. q.ad.s. proportionis sicut sinus. d.g.ad.sinum.k.d. Sed per. 15. quinti sic est etiam proportionis r.ad.sinum.m.e.alterius regionis: quare patet propositum.

Propositio. xxvij.


Si super duo puncta ecliptice equaliter a punto verticali aut autunnali remota: duo arcus circulorum magnorum a polo mundi veniant: causabunt duos angulos ex eadem parte ecliptice extrinsecū equalēm intrinsecō sibi opposito.

Sit medietas eqnoctialis. a.b.g. medietas ecliptice. d.b.e. punctus equinoctii. b. duo puncta ecliptice sunt. h. et. t. equaliter a punto. b. remota. duo arcus circulorum magnorum a polo. z. veniant super illa puncta: qui sunt. z.k.h. z.t.l. Dico angulum. z.t.e. equalēm esse angulo. z.h.b. Est enim. k.b. equalis l.t. propter declinationes equalēs. z.b.l. equalis. b.k. propter equalēs ascensiones rectas. ideo trianguli. b.b.k. et. b.t.l. sunt equilateri: igit et equianguli per ea que ex Theodosio et Mileo trahuntur. Ergo angulus. b.b.k. equalis est angulo. b.t.l. Sed. b.t.l. est equalis contraposito. z.t.e. igit proposito zc.

Propositio. xxix.



No. Cui quatuor quantitates Nipper hoales qnd pria et pta manusq fuisse videt illas ad teo ita et in binibz sit. q. p. ponendo ab ipso rffras. et pria qditas et binibz sit 10000. qd erit pta qditas far pto regula de tre et qd p. minit p. pto lato. et 10000 et binibz et qd p. minit p. pto lato.



Ales autem duos angulos pariter duobus rectis equos esse: dum puncta eclipitice talia equaliter a punto tropico distiterint.

In arcu eclipitice. a.b.g. punctum tropicum sit. b. duo puncta equaliter ab eo remota sint. e. t. d. super que a polo. z. arcus magni veniant. z. e. z. d. **D**ico angulū. z. e. g. cum angulo. z. d. b. pariter duobus rectis equos esse: quia. b. e. eclipis est. b. d. erit propter declinatioēes pares. z. e. eclipis. z. d. ergo anguli sup basim. e. d. sunt eēles. **S**ed unus eoz cum angulo extrinseco alterius simul sunt eequales duobus rectis: ergo patet propositum.

Propositio xxx.

Angulus ex concursu meridiani et eclipitice in punto tropico rectus est.

Sit meridianus. a.b.g.d. medietas eclipitice. a.e.g. in qua. a. sit punctum tropicum. Erunt enim tunc poli eclipitice in meridiano scz. d. et. b. vñ. a. d. erit quarta circuli. **S**ic t. d. g. describamus circuli magni medietatem euntem per polos. d. et. b. huiusqz poli sint. a. et. g. hic secet. a. e. g. in. e. constabit. a. e. quartam esse sicut e. et. g. **Q**uia itaqz a polo. d. circuli. a. c. g. descendunt arcus circulo: um magorum super circulū. a. c. g. scz. d. a. d. e. d. g. necesse est vt quisqz sit quarta: ergo. d. e. est quarta. sed ipse subtenditur angulo. a. igitur angulus. d. a. e. est rectus: quod est intentum.

Propositio xxxi.





Angulos tales in punctis equinoctiorū prouenientes patefacere.

Meridianus. a.b.g.d. polos mundi teneat. b. et. d. medietas equatoris sit. a. e. g. et eclipitice. a. z. g. ita vt. a. sit punctū autumnale per polos mundi et puncta tropica circuli magni precedentis medietas sit. d. b. qui erit colurus solsticio: um. ideo. z. punctū biemale: et maxima. e. z. declinatio. z. e. d. quarta circuli. ergo anguli d. a. z. quātitas est arcus. d. c. z. cognitus. et per ante premissam residuum de duobus rectis est quantitas huius anguli in punto vernali prouenientis.

Propositio xxxii.

Angulum talem in quolibet alio pūcto eclipitice prouenientem inquirere.

Si hos angulos sciuerimus per quartam eclipitice que est a pūcto estiuo in punctum autumnale: tūc ex doctrina. 28. atqz 29. huius sciem eos etiā in reliquis tribus quartis. **S**it igit meridiani circulus. a. k. g. d. equatoris medietas. a. e. g. eclipiti ce medietas. b. z. d. ita vt. z. sit punctū autumnale: et. b. vñus de punctis eclipitice in quarta que est a puncto estiuo in punctum autumnale: Inuenire volumus angulum. k. b. z. **F**iat medietas circuli magni. k. e. t. b. cuius poli sint b. et. d. vnde. b. t. erit quarta: sicut t. b. h. q. a. polo circuli. k. t. b. veniant super eu m. circulum. **I**tem quia amborum circulorū. a. e. g. et. b. e. k. poli sunt in cir cu o. a. b. g. d. oportet vt. e. sit polus circuli. a. b. g. d. ergo et. e. b. quarta. **S**ed proportio sinus. b. a. ad sinum. a. b. componitur ex. duabus: scz proportione



Secundus

sinus.b.3.ad sinum.3.t.z proportione sinus.t.e.ad sinū.e.b. B.a. aut est declinatio puncti.b.datī.a.b.complementum eius.b.3.est arcus zodiaci notus 3.t.complementum eius.et.e.b.est quarta circuli.ideo per regulam sex quantitatū.t.e.notus fiet. Sed.e.k.est q̄rta:ideoqz totus.k.t.arcus:q̄ est quātitas anguli.t.b.k.datus erit. Conemur id modo in q̄ttuor quantitates redigere.

Propositio xxxij.




Proportio sinus complemēti declinationis puncti eclyptice dati ad sinum complementi maxime declinatiōis est sicut proportio sinus arcus talis eclyptice a sectione equalitatis ad punctum datum ad sinum sue ascensionis recte.

Repetatur figura vltima primi huius:in qua meridian⁹ vicē coluri solsticiorum habens est.a.b.g.d.equatoris medietas.a.e.g.eclyptice.b.e.d.est sectio equalitatis arcus.e.b.datus. Dolus mūdi sit.3.a quo veniat quarta circuli magni.3.b.t.erunt ex prioribus.t.h.declinatio puncti.b.b.3.complementum eius:z ascensio recta arcus.e.b.erit.e.t. Dico proportionem sinus.3.b.ad sinū.3.b.arcus:qui est complementū maxime declinationis:esse sicut p:portionem sinus.e.b.ad sinū.e.t. Quod sic patet: Quia p:portione sinus.3.b.ad sinum.b.a.componitur ex duabus:scz p:portione sinus.3.b.ad sinū.b.t.z p:portione sinus.t.e.ad sinum totum:scz arcus.e.a. Pono inter sinū.3.b. et sinum.3.b.medio loco sinum.b.a.tūc constabit:q̄ p:portione sinus.3.b.ad sinum.3.b.componit ex duabz:scz p:portione sinus.3.b.ad sinū.b.a.z p:portione sinus.b.a.ad sinū.3.b.ergo p:portione sinus.3.b.ad sinum.3.b.osta bit ex tribz:scz p:portionibz sinus.b.a.ad sinū.3.b.z sinus.3.b.ad sinū.b.t. et sinus.t.e.ad sinū totū. Sed prime due faciūt proportionē sin⁹.b.a.ad sinū b.t. ergo p:portione sinus.3.b.ad sinum.3.b.componit ex duabus:scz p:portione sinus.b.a.ad sinū.b.t.z p:portione sinus.t.e.ad sinū totū. Proportionē aut sinus.b.a.ad sinū.b.t.p.correlariū penultime primi hui⁹:z p:mutata proportionalitatē est vt p:portione sinus totius ad sinū.e.b.q̄rē p:ratio sin⁹.3.b.ad sinū.3.b.cōponit ex duabz:scz p:portione sinus totius ad sinū.e.b.z p:portione sinus.t.e.ad sinum totū.ytrām harum p:reposueris:nihil variat. Sed cōponit p:portionē sin⁹.t.e.ad sinū.e.b.q̄fe p:ratio sinus.3.b.ad sinū.3.b.est sicut p:portione sinus.t.e.ad sinū.e.b.ideoqz cōuersim patet p:positū. Ex hac iterum habes inventionem ascensionū rectarū ad quattuor quantitates redactam.




Propositio. xxxij.

Proportionē sinus complemēti declinationis puncti eclyptice dati ad sinū complementi maxime declinationis esse vt proportionem totius sinus ad sinum angulie ex sectione eclyptice z meridiani super dato puncto prouenientis.

Repetatur figura ante p:remisse:in qua.b.a.fuit declinatio puncti.b.datī. et.a.b.complementum eius. Dico q̄ p:portione sinus.a.b.ad sinum complementi maxime declinationis est sicut p:portione sinus totius ad sinum.t.k.arcus:qui est quantitas anguli.t.b.k. Nam p:portione sinus.t.k.ad sinū totum scz arcus.k.e.est composita ex duabus:scz p:portione sinus totius:qui



Liber sing t.e ad sinū e.g in presidente
est arcus f.b.ad sinū arcus b.3.7 proportione sinū.3.a.ad sinū 3.e qui
est totus. utram harum postremarum ante posueris: non mutatur. Ipse enī
faciunt p:portionem sinū.3.a.ad sinū.3.b.quare proportio sinū.t.k.ad
sinū totū est vt proportio sinū.3.a.ad sinū.3.b.3.a. aut est ascensio recta
arcus eclyptice.3.b. Ideoq; cum per premissam sinū.3.a.ad sinū.3.b.pro/
portio sit sicut p:portionis sinū complementi maxime declinationis ad sinū
b.a.erit proportio sinū.t.k.ad sinū totū velut proportio sinū comple/
menti maxime declinationis ad sinū.b.a.ergo conuersim patet p:positio.
Habemus igit̄ hoc opus reductum ad quattuo: quantitates: in quibus due
semper eadem manent: quod non parue facilitatis erit.



Propositio xxxv.

Quoniam duo anguli ex cōcursu ecliptice et horizonis obliqui in punctis ecliptice equaliter a punctis equinoctij remotis prouenientes ex eadem parte extrinsecus videlicet intrinseco opposito sibi sunt equales.

Sit meridianus. a.b.g.d. horizontis obliqui medietas. b.c.d.eqitoris medietas. a.e.g.duo arcus equales eclyptice. z.h.et.k.l. ita vt ta.z.qz.k. sit punctum autumnale. Dico angulum. e.h.t. equalem esse angulo. d.l.k. Sunt enim trianguli. z.h.e. et.k.l.e. equorum laterum. Nam z.h. equale. k.l.h.e. equale l.e. vt ex secunda huius ostendi potest. et basis. e.z. equalis basi. e.k. propter ascensiones rectas ~~rectas~~ equales: vt ex. 19. huius trahitur. igitur anguli. equis lateribus contenti equales erunt. sic angulus. e.h.z. equalis est angulo. e.l.k. quod residuus. e.h.t. equalis residuo. d.l.k. quod est intentum.

Propositio xxxvij.

Ales duos angulos: quorum unus sit in oriente: alter in occidente: unus quidem extrinsecus: alter intrinsecus ex eadē parte ecliptice oppositus: simul equales duobus rectis esse.

Sint horizontis circulus. a. b. g. d. et circulus ecliptice. a. e.
g. z. se in punctis. a. et. g. secantes. **D**ico duos angulos. d. g. z. et. d. a. e. simul
duobus rectis equales esse. **N**ā ~~duo~~ anguli. z. a. d. equales angulo. z. g. d. ex eo
quia arcus maxime declinationis horum circulorum velut arcus. d. z. trāiens
per puncta maxime declinatioēis eōrum est unus. q̄re duo anguli. d. g. z. et. d. a. e.
simil sunt equalēs duobus rectis: quod est p̄positū. **E**x hoc manifestū est
Duos angulos tales qui fiunt in p̄uctis ecliptice a p̄ucto tro-
pico equaliter remotos: orientalem quidem unum: alium occi-
dentalem simul duobus rectis equales esse.

Conuia enim in punctis ecliptice equaliter a punctis equinoctij remotis
duo anguli orientales ambo sunt equeles; ut in premissa angulus. in. h. equalis
angulo. in. l. ideoque et anguli occidentales duorum punctorum punctis. h. et. l.
oppositorum unus alteri est equalis. Sed angulus orientalis puncti. b. cum
angulo occidentali puncti oppositi. l. sunt punctorum equaliter a punto solsti-
tij remotorum. sed ipsi simul sunt equeles duobus rectis: igit. Notis itaque
angulis orientalibus ab ariete in libram noti sient anguli orientales alterius
medietatis: ut ex his patet anguli occidentales utriusque medietatis.

Secundus

Propositio xxxvij.



Angulos dictos in punctis eqnoctiorum patefacere.
Sit meridianus. a.b.g.d. horizon obliquus. a.e.d. q̄rta eqnoctialis. z.e. 3. pūctū vernalē q̄rte ecliptice. e.g. Itē et. e. pūctū autumnale q̄rte ecliptice. e.b.g. punctus solstitij estivalis. b. hiemalis. Dico angulos. d.e.g. et. d.e.b. notos fieri: ex rōne sphere p̄z. 3. b. et. 3. g. eē maximas declinatiōes ecliptice. et. d. cōplementū altitudinis poli. cui si abstuleris. 3. g. aut addideris. 3. b. pueniet arcus. d. g. et. d. b. noti: sc̄z quantitates angulorum. d.e.g. **S**z. d.e.b. est orientalis: q̄ fit in pūcto vernali. Residuum vero de duobus rectis est occidentalē: q̄ fit in eodē pūcto. d.e.b. aut est orientalis: qui fit in pūcto autumnali. residuum de duobus rectis est occidentalē: qui fit in eodem pūcto.

Propositio. xxxviii.



Angulum orientalem q̄ fit ex sectione ecliptice et horizonis oblique apud quodcumque punctum ecliptice per motum celi mediū et eius declinationē inuestigare.

Sit meridianus. a.b.g. d. medietas ecliptice. a.e.g. cuius duo puncta. a. et. e. sint data. medietas horizontis obliquus sit. e. d. Sit aut exēpli ḡra. e. pūctus primus thauri. Ideoq̄z p̄ ascensiones noti erit pūctus. a. in medio celi: et ei oppositus. g. hinc arcus. e.g. datus erit. sed ipse in regionib⁹ septentrionalib⁹ minor est q̄rta circuli. Sit itaq̄z q̄rta. e.g. b. per b. et. circulus magnus: cuius polus sit. e. secās horizontē in. t. et meridianū in. z. Quia itaq̄z anguli ad. d. et. t. sunt recti: necesse erit ut. 3. sit polus horizontis. ideoq̄z. 3. d. et. 3. t. sunt q̄rte. Itē p̄ declinationē gradus mediū celi: et latitudine regionis nota fiet altitudo meridiana gradus mediū celi: sc̄z arcus. a.b. cui est equilis arcus. d.g. Sed p̄portio sinus. 3. t. ad sinū. t. b. cōponit ex duobus: sc̄z p̄portio sine. 3. d. ad sinū. d. g. et p̄portio sine. e. g. ad sinū. e. b. **S**z quinq̄z ex his arcub⁹ sunt noti. nā. 3. t. 3. d. et. e. b. sunt q̄rte. d. g. altitudo meridiana pūcti mediū celi. g. e. distantia gradus ascendentis a gradu medie noctis. igit arcus. t. b. notus fiet: qui est quantitas anguli. d.e.g. qui querebatur. **E**x his trahitur illud corollarium.

Proportio sin⁹ totius ad sinū anguli q̄ querit est sicut p̄portio sinus arcus ecliptice inter puncta ascendentis et mediū celi ad sinū altitudinis puncti ecliptice in medio celi.



Cusat: nā. p̄portiones due q̄ cōponunt primā faciūt p̄portionē sin⁹. g. e. ad sinū. g. d. Sin⁹ aut. g. e. est idem cū sinū. a. e. g. sit semicirculus: igit re-

Propositio xxxix.



Alibet duo pūcta ecliptice ab alterutro pūcto tropico equaliter remota: dum a meridianō ad utrāq; partē p̄ equos parallelli arcus sui distiterint: equales habēt a circulū altitudinū a zenith distārias. **A**nangulorum duo q̄ fiūt ex concursib⁹ circulorū altitudinū et ecliptice in illis punctis extrinsec⁹ cū intrinsec⁹ sibi ex eadem parte o p̄posito simul sunt duobus rectis equales.

Sit p̄ratio meridiani. a.b.g. i. q. b. polus horizontis. g. polus mūndi. arcus ecliptice in illis punctis extrinsec⁹ cū intrinsec⁹ sibi ex eadem parte o p̄posito simul sunt duobus rectis equales.



No. Singulare. Et ab e. Composita. et
appor. simus totius. M. §. 8. ab 8. 8. et appor.
je ad simus totius e. g. Sed appor. simus. g. e.
aftersim. pūcti dati ad simus 8. g. Cōposita
et appor. simus. g. e. ad simus totius. et appor. simus
totius ad simus 8. g. Et. Et. ad. 8. g. et. illis
Cōposita. g. g. ad. 8. g. et. 8. g. et. illis
constat apposita.

ptice vn^o. a. z. b. v̄sus occidētē: alter. a. d. e. v̄sus orientē. in quib^o sint duo pūctū. a. z. et. d. e. q̄litter ab alterutro pūcto tropico remota. distentqz p̄ equos arcū parallelli sui a meridiano ductis arcub^o circuloū altitudinū. b. z. b. d. g. z. et. g. d. Dico duos arcus. b. z. t. b. d. e. q̄les eē. t. angulos. b. z. a. t. b. d. e. sīl equos eē duob^o rectis. Nāpppter eq̄les pūctoz. z. et. d. a meridiano distatias fiet angul^o. b. g. z. e. q̄lis angulo. b. g. d. t. ppter pares declinatiōes. g. z. erit eq̄l. g. d. Vinc cū. b. g. lat^o cōe sit vtriqz triangulo. b. g. z. b. g. d. ocludes. b. z. e. q̄lē. b. d. quod est primū. Et angulū. b. z. g. equalem angulo. b. d. g. Sed ex. 29. huius angulus. g. z. a. cum angulo. g. d. e. simul sunt equales duob^o rectis. dempto itaqz. b. z. g. ex uno: t alteri addito. b. d. g. fient duo anguli. b. z. a. et. b. d. e. simul equales duobus rectis: quod est secundum.

Propositio xl.




Um fuerit idē pūct^o eclyptice ad vtrāqz partē amēridiano per arcus parallelli sui equaliter remotus: equalērīta polo horizontis distantia. Anguliqz ex sectionib^o circuloū altitudinū cum eclyptica in eo pūcto extrinsec^o cū intrinseco sibi ex eadē parte op̄posito sīl sunt equales duplo anguli q̄ fit ex meridiano t eclyptica sup̄ eodē punto eclyptice: sine pūcta eclyptice tūc celū mediantia sunt meridiana a polo horizontis: sine septentrionalia. Sit portio meridiani. a. b. d. in q̄ sit polus horizōtis. g. pol^o arctic^o. d. due portiones eclyptice. a. e. z. b. h. t. in quib^o. b. et. e. idē pūctū eclyptice rep̄tant: cū eq̄litter a meridiano hinc atqz inde distiterint p̄ arcū parallelli sui. e. quidē orientale. b. occidentale. t pūcta eclyptice varia tūc celū mediātia sunt. a. et. b. distetqz p̄mo a polo horizōtis. g. ad p̄tē meridiēi ductis arcub^o circuloū magnoū. g. e. g. h. d. c. et. d. h. Dico arcū. g. h. e. q̄lē eē arcui. g. e. t. duos angulos g. h. b. et. g. c. z. sīl eē eq̄les duplo anguli. d. h. b. scū. d. e. z. Sicut enī in p̄missa ppter arcus parallelli quib^o pūctū a meridiano distat eq̄les: oportet angulū g. d. b. e. q̄lē eē angulo. g. d. e. t. ppter eandē declinatiōe oportet. d. b. e. q̄lē eē arcui. d. e. hinc faciēdo lat^o. g. d. cōe vtriqz triangulo. g. d. h. g. d. e. fiet basis g. b. e. q̄lē basi. g. e. qd̄ ē p̄mū. t angul^o. g. d. e. q̄lē angulo. g. d. e. z. d. b. b. e. q̄lē est. d. e. z. cū. h. et. e. idē pūctū rep̄tant. t duo anguli. g. h. b. et. g. b. d. ostituit angulū. d. b. b. scū e. q̄lē. d. c. z. ergo duo anguli. g. h. b. et. g. e. d. ostituit angulū e. q̄lē angulo. d. b. b. scū. d. c. z. ergo tres anguli. g. h. b. g. e. d. d. e. z. sunt duplū angulo. d. e. z. q̄re duo anguli. g. h. b. et. g. e. z. sunt eq̄les duplo anguli. d. e. z. qd̄ ē secūdū. Sunt p̄terea pūcta. a. et. b. a polo horizōtis. g. septentrionalia. arcū g. b. sit ōtinuat^o in. l. et. g. e. in. k. Dico angulos. l. b. b. et. k. e. z. sīl eq̄les eē duplo anguli. d. e. z. ostēdit enī. g. b. e. q̄lis. g. e. vt. ante. t angulus. d. b. g. e. q̄lis angulo. d. e. g. Igit̄ residuus. d. b. l. e. q̄lis residuo. d. e. k. Sed quia. d. b. b. e. q̄lis angulo. d. e. z. cū. h. idē rep̄tant pūctū. ergo totalis. l. b. b. e. q̄lis duobus d. c. z. et. d. e. k. addito vtrobiqz. k. e. z. erit̄ duo. l. b. b. et. k. e. z. simul equales duplo anguli. d. e. z. quod est propositum.

Propositio xli.



Yo vnum punctorum tunc celum mediantium a polo horizontis esset meridionale: alterum septentrionale: anguli peruenientes ex concursu eclyptice t circulorum altitudinis ambos simul differunt a



Secundus

duplo anguli qui sit ex concursu meridiani et ecliptice super eo/dem punto duorum rectorum quantitate ipso quidem maiiores dum punctum portionis orientalis meridionale fuerit: minores autem dum septentrionale.

Sit primo. a. meridionale. b. septentrionale a polo horizontis. g. et sunt arcus ducti ut antea. **D**ico duos angulos. g. e. 3. et l. h. b. simul maiores esse duplo anguli. d. e. 3. seu d. h. b. quantitate duorum rectorum. **E**sse enim. d. h. g. equalis angulo. d. e. g. **S**ed duo anguli. d. h. g. d. h. l. equantur duobus rectis: ergo duo anguli. d. e. g. et d. h. l. equalis sunt duobus rectis. **S**ed angulus. d. e. 3. equalis est angulo. d. h. b. ergo duo anguli. g. e. 3. et l. h. b. sunt equales duobus rectis et duplo anguli. d. e. 3. **I**deoque duo anguli. g. e. 3. et l. h. b. maiores sunt duplo anguli. d. e. 3. quantitate duorum rectorum: quod est propositum. **S**it pterea. a. septentrionale. b. meridionale. cetera sint ut prius. **D**ico duos angulos. k. e. 3. g. h. b. simili minores esse duplo anguli. d. e. 3. quantitate duorum rectorum. **I**psi eni simili minores sunt duobus angulis. d. e. 3. et d. h. b. quantitate duorum angulorum. d. e. k. et d. h. g. **S**e uero duo. d. e. k. d. h. g. sunt duobus rectis equalis: eo quod. d. h. g. sit equalis. d. e. g. ergo duo anguli. k. e. 3. g. h. b. simili minores sunt duobus angulis. d. e. 3. d. h. b. quantitate duorum rectorum. **S**ed. d. e. 3. est equalis. d. h. b. q. e. et h. idem punctum ecliptice representent. igitur patet propositum. **E**t his palam est. **N**on noti fuerint anguli antemeridiani ad unumquodque punctum zodiaci ab initio canceri ad capricornium: noti etiam erunt anguli eorundem postmeridiani: **R**elique quoque medietates zodiaci utrumpque anguli cogniti sient.

Cipiat ex duabus premissis et presenti.

Propositio xlij.




Pud punctum ecliptice celum medians: aut in horizonte existentes: angulum ex coincidentia circuli altitudinis et ecliptice: atque arcum inter polum horizontis et punctum notum esse.

Sit meridianus. a. b. g. d. medietas horizontis. b. e. d. medietas ecliptice. 3. e. h. poli horizontis. a. et. g. apud punctum. 3. datum. ex. 32. aut. 34. huius noscetur angulus. a. 3. e. qui queritur. **D**inc ex declinatione puncti. 3. et nota regionis latitudine noscetur et arcus. a. 3. scilicet apud punctum. e. in oriente quia. a. e. d. est rectus: et ex. 38. huius per punctum. e. noscetur angulus. d. e. h. quare totus. a. e. h. qui querebatur notus fiet. **A**rcus vero. a. e. est quarta circuli.

Propositio xlviij.

Proportionem circuli altitudinis a polo horizontis usque ad punctum ecliptice datum ex notitia punctorum ascendentis et medijs celi deprehendere.

Sit meridianus. a. b. g. d. medietas horizontis. b. e. d. proportione ecliptice. 3. b. t. 3. quidem punctus medius celi: et t. oriens puncti dati. Item in hac portione sit. b. punctus: per quem et polos horizontis eat circulus magnus: cuius medietas sit. a. b. e. g. secans horizontem in. e. querimus proportionem arcus. a. h. quia proportionis sinus. a. b. ad sinum. b. 3.



ex duab^o cōponit: scz pportioē sinis. a.e.ad sinū.e.b. t sinus. b.t.ad sinū.t.z.
Sed. a.b. et. a.e. quarte. b.z. altitudo est meridiana puncti mediū celi: q̄ nota
est ex declinatione t latitudine regionis. b.t. distantia puncti. b.a pūcto ascē-
dantis dato. t.z. distantia mediū celi a pūcto ascēdantis. quare t.e.b. notū erit.
hinc eius complementū scz. a.b. qui querebatur. *Lorelarium.*

Proportio sinis arcus eclyptice inter puncta orientis t mediū
celi ad sinū altitudinis meridianae pūcti mediū celi est sicut pro-
portio sinis arcus eclyptice inter orientem punctum t pūctū
eclyptice datum ad sinū altitudinis eiusdem puncti.

Nā ex sinu toto in sinū.e.b. fiat. m. Itē ex sinu toto in sinū.b.z. fiat. n. ex
regula subtractionis 2stat. m. ad. n. esse pportionē sinus. b.t. ad sinū.t.z. Sed
m. ad. n. p. 15. q̄nti est vt proportio sinus. e.b. ad sinū.b.z. q̄rē pportio sin^o. b.t.
ad sinū.t.z. est vt sinus. e.b. ad sinū.b.z. pmutatim. igif cōclude *corelarium.*

Propositio xluij.

Liter idem perquirere.

Alōstituo. t. polū circuli magni trāseuntis p maximā declina-
tionē eclyptice ab horizonte: cui^o q̄rta sit. a.n.o. erit qz. t.n. q̄rta
sit. t.o. q̄rta. t propter angulos. n. et. o. rectos necesse est eū ire
p polos horizontis t eclyptice. **Q**uātitas anguli. b.t.e. nota est
ex. 38. hui^o. t ipsa est arcus. n.o. t quia pportio sin^o. a.o. ad sinū
o.n. cōponit ex duab^o: scz pportioē sin^o. a.e. ad sinū.e.b. t pportioē sin^o. b.t.
ad sinū.t.n. Sed. a.o.a.e. et. t.n. sunt quarte circuloz. ideo cum etiam. n.o. et
b.t. noti sint: notus erit. b.e. **V**inc eius complementū. a.b. quod querebatur.

Dalam igitur ex hoc q̄ proportio sin^o totius ad sinū altitudini-
nis pūcti eclyptice p quartā ab ascēdente est sicut pportio sin^o
distātie pūcti eclyptice dati ab ascēdēte ad sinū sue altitudinis.

Cdue enim postremē ex quibus pma componitur: componit pportio
nem sinus. b.t. ad sinum. e.b.

Propositio. xlv. e.g.

Pud quodlibet aliud punctū eclyptice angulū ex
conicidētia circuli altitudinis t eclyptice iūstigare.

AResumāt figura antepremisse querim^o angulū. a.b.t. oſtituo.
t.o. b. polū circuli magni: cuius portio sit. k.l.m. duoz circulū
magno: u. b.e.d.k.l.m. poli sunt in circulo. a.e.g. ideo. e.k. erit
eoz maxima declinatio. q̄re. e.t. k. distāt p q̄rtas a sectione. m.
eruntqz. b.k. et. b.l. q̄rte. **Q**uia vō pportio sinus. b.e. ad sinū.e.k. cōponit
duab^o: scz pportioē sin^o. b.t. ad sinū.t.l. t pportioē sin^o. l.m. ad sinū.m.k. **A**cus aut̄. b.e.e.k. b.t.t.l. et. m.k. noti sunt. **N**ā. b.e. est altitudo pūcti dati nota
p alterā premissarum. e.k. est eius complementū. b.t. distātia puncti dati ab
ascēdente. t.l. eius complementū. m.k. quarta circuli. igitur. l.m. notus fiet,
quare residuū de quarta scz arcus. l.k. notus erit: qui est quantitas anguli. k.
b.l. ergo residuū de duob^o tectis: scz angulus. a.b.t. notus fiet: q̄ querebat.

Explīcīt Liber Secundus. Epitomatis


Sequitur Tertiū.

Tertius.

Liber Tertius Solstitiorum et Equinoctiorum tempus: Anni
quantitatē: Solis in eadem puncta ingressione: eiusqz Oe-
dium motum: Luminarioz et Planetarū Motus Equalis
et Apparentis diuersitatem: Radicis motus alicuius consti-
tutionē: Diei Naturalis Equalis siue Astronomici: Diversi
quoqz siue Apparentis discepantiam: Horum et causas et
Modos indicando serie edocet.

Propositio

Prima.



Ingressum solis in punctum equino-
ctij instrumenti adiutorio colligere.


CDisponatur quadrans a.b.c. in superficie meridiana: sicut in. 16. primi huius ostensum est: et cum eo prope equinoctij tempus: quod facile ex meridianis altitudinibz coniijcies: obserua. Note nāqz prius tibi sunt per obserua-
tiones tuas regionis tue altitudo: maxima so-
lis declinatio: etiam ad singula pūcta eclypti-
ce declinationes ipse. Ideo si aliquo die altitu-
do meridiana fuerit precise complementū al-
titudinis poli in tua regiōe: scito eo die in me-
ridie equinoctiū esse. Per altitudines aut
meridianas proximo maiores: et minores cō-
plemento altitudinis poli: si nulla altitudo meridiana precise equalis sit cō-
plemento altitudinis poli: reperies horam ingressus solis in punctum equi-
noctij sic: Si fuerit iuxta vernalē: pro quolibet minuto différētie minoris al-
titudinis meridiane et complementi altitudinis poli unam horam accipe:
horisqz a meridie precedentis equinoctiū numeratis fit talis ingressus. Si
aut iuxta autumnale fuerit: tot horis a meridie precedēte equinoctium com-
putatis: quot sunt minuta différētie maioris altitudinis meridiane et com-
plementi altitudinis poli: fiet ingressus in equinoctium. Tale tamen obser-
nationi autumnali magis cōuenit: quia tunc aer purior fit. **I**ngressus vo-
in puncta tropica difficilioris sunt obseruationis: propterea qz tunc declina-
tio solis parum et insensibiliter varietur. propter quod fere ad quattuor dies
eadem altitudo solis meridiana maneat. Sed ingressus in equinoctij pūcta
magis huic rei cōmodi sunt: qz tunc declinatio solis multum varietur: sic vt al-
titudo meridiana in dic. 24. minutis viuis gradus vel augeat vel minuat.

Propositio ii.



Anni quantitatem per obseruationem elicere.

Diuersi diuersas circa anni quantitatē considerationes ha-
babuere. vetustissimi enim egyptiorz annū solarem redditionē
solis ad aliquam stellarū fixarum esse dicebant. Inuenerūtqz
id fieri in. 365. diebus: quarta diei: et. 130. parte diei. Verū hec
anni assignatio nō cōuenit: propterea qz stelle fixe motum sepa-
ratum habeant a motu totius: pariqz ratione reuersio solis ad iouem vel sa-
turnum annus dici deberet. Ideo Hyparchus et Ptolemeus dixerūt annū



esse redditum solis in aliquod punctum equinoctij aut solstitij. Quantū itaqz temporis est ab ingressu solis in punctum equinoctij autumnalis usqz proximum eius ingressum in idem punctum: tantam quantitatem annus habere dicitur. Verum propter instrumentorum: quibus tales ingressus deprehenduntur: fallaciam: vix potest vera anni quantitas inueniri: nisi per multorum annorum spaciū. Quātoqz inter duas obseruationes maius temporis intercidat: tanto verius hanc anni quantitatē reperire poterimus. Hinc Hyparchus reperit annū. 365. dierū: et quarte vnius. Ptolemeus vō. 365. dierū et quarte vnius minus. 300. parte diei. Hanc via procedens sumit obseruationē Hyparchi: qua subtiliter: vt dicit: equinoctiū autumnale considerauit in anno tricesimo secundo revolutionis tertie. Suntqz a morte Alexandri anno. 178. egyptio: et dicit ēa fuisse die tertia ex qntitate superadditarum noctis media i alexandria: cuius crastinū fuit dies quarta superadditarum. Sumit deinde cōsiderationē suam: qua anno. 463. egyptio a morte Alexandri equinoctiū autumnale considerauit. Dicitqz eam fuisse nona die mensis Athyr: qui est tertius egyptiorum: post ortum solis fere per vnam horam. Interuallū aut̄ inter ambas obseruationes fuit. 285. anni egyptij. 70. dies: et quarta: et vice sima diei. Quia itaqz in hoc interuallo fuerūt. 285. reversiones solis: et si annus constitisset ex. 365. diebus: et quarta vnius: oportuisset ipsum interuallū fuisse. 285. anni egyptij. 71. dies: et quarta vnius. Sed non fuit interuallum nisi. 285. anni. 70. dies. 7. hore: et quinta vnius. ergo mino: quātitas anni est 365. dieb⁹: et sex horis. Differētia vō inter hec interualla est. 23. hore: et qttuo: quinte vnius: q̄ sunt. 19. vice simile vni⁹ diei. Proportio aut̄. 19. ad. 20. est velut 285. annorum ad. 300. annos. quare conclusit Ptolemeus: q̄ in. 300. annis solis deficiat unus dies a numero dierum quem facerent. 300. anni: si annus ex. 365. diebus et quarta vnius constaret. Ideoqz veram anni quantitatem constare dicebat ex. 365. diebus: et quarta vnius: minus. 300. parte diei. Hanc eandē quātitatē reperit via simili per obseruationes plures. Deinde Albategni anno a morte Alexandri. 1206. sc̄ post Ptolemeum annis. 743. obseruās considerationem suam cum Ptolemei considerationibus compārando reperit in. 106. annis unum diem deficere a numero dierum quem. 106 anni constituūt: dum quilibet ex. 365. diebus: et q̄rta vnius: minus. 106. parte dīci: q̄ est. 13. minuta hore: et tres quinte vni⁹ minutū. Nā consideratione Albategni fuit post predictā autumnalē annis. 743. egyptijs. 178. dieb⁹ cū medietate et q̄rta diei: minus duab⁹ quintis vnius hore. Ptolemeus enī in alexandria considerauit: Albategni vō in Aracta: que est orientalior: in gradibus 10. Et eq̄litas Albategni fuit ante solis ortum horis. 4. et tribus q̄rtis vnius fere respectu sui meridiani: Ptolemei vō respectu meridiani Albategni fuit post ortū hora vna et duab⁹ tertis vni⁹. Sic ultra dies integros in interuallo fient hore. 15. et tres quinte vni⁹ fere. Anni aut̄ solares. 743. unoquoqz anno ex. 365. diebus et quarta constatē. Sunt. 743. anni egyptij. 185. dies. 18. hore que excedunt ipsum interuallū in. 7. diebus: et 25. minutis hore. que si divisa fuerint p. 743. annos solares: fiet vt vni anno proueniant. 13. minuta hore: et tres quinte vnius minutū. Posuit igit annū solarem. 365. dies. 5. horas. 46. minutā: et duas q̄ntas vni⁹. Propter huiusmodi diuersitatē in qntitate anni a varijs reperta: similib⁹ tamē instrumentis et vijs quesita Thebit causam huius diuersitatis inquirens permotus fuit: vt motum octuae spere: quē trepidationis dicimus: super duobus circulis paruis: in quibus caput arietis et libre circumferunt ponat. Qua positione tamē variationes declinationū

Tertius

ecliptice: q̄d anni varias quantitates saluare nititur: vt patet huius motus qualitatem contemplanti. **D**igitq̄d anni quantitatē non esse tempus ab equinoctio ad simile equinoctiū: nec a solsticio ad simile solstitiū: sed redditū solis ab aliquo pūcto ecliptice mobilis in idem: siue reuersionē solis ab aliq̄ stella fixa ad eadē. qd dicit fieri in. 365. dieb. 6. horis. 9. minutis: 7. 12. secūdis.

Propositio ij.


Edium motum solis tabulare.

Ex p̄missa cognoscif: quāto tempore sol medio motu suo circulum id est. 360. gradus perficit. Id est tot igitur dies et fractiones suas si. 360. gradus diuiseris: habebis medium motū solis in vna dic. hunc Ptol. posuit. 59. minuta. 8. secūda. 17. tercia. 13. quartā. 12. quintā: et 31. sexta. Ex hoc facile tabulas cōpones.

Propositio iij.

Geos esse modos: quib⁹ motus planete equalis in orbe suo diuersus appareat in orbe signorum.

Donus est sūm o:bem eccentricum tñ: alius sūm o:bem concentricum cum epicyclo. Sit enī o:bis eccentricus. a.b.g.d. cuius centrum. e. sit extra centrum mundi. 3. diameter eius transiens per longitudinem longiorem. a. et propiorem. d. et per ambo centra sit. a.c.3. d. **D**ico si planeta moueatur equaliter in orbe. a.b.g.d. tunc motus eius apparebit diuersus sup centro mundi. 3. Sunt enī. a.b. et. g. d. arcus equalis: ductis lineis. e. b. e. g. 3. b. et. 3. g. cōstatib⁹ per ultimā sexti angulos. a. e. b. et. d. e. g. esse equales. sed per. 21. primi. a. c. b. est maior: angulo. a. 3. b. et. g. e. d. est minor: angulo. g. 3. d. igit̄ angulus. g. 3. d. maior: est angulo. a. 3. b. **T**enet: quia quicqd est maius maior: est maius minor. Sed in tempore equali sequat hos angulos: eo q̄ arcus. a. b. equalis est arcui. g. d. igit̄ motus equalis respectu. e. centri. fiet diuersus respectu. 3. centri. Item sit concētricus plane te. a. b. g. d. super centro mundi. e. et in circūferentia huius concentrici sit centrum o:bis epicycli. a. et circūferentia epicycli. 3. b. t. k. et diameter transiens p̄ centrum mundi: centrum epicycli: et longitudinem longiorē epicycli. 3. et propiorem. t. sit. 3. a. t. e. g. **D**ico si centrum epicycli. a. moueatur equaliter in concentrico. a. b. g. d. et planeta moueatur equaliter in circūferentia. 3. b. t. k. motus eius equalis in his apparebit diuersus super centro. e. **N**ā ductis lineis e. b. e. k. si planeta motus sit per arcum epicycli. 3. b. motus eius in epicyclo addet super motū centri epicycli in concentrico arcum anguli. a. e. h. et si motus sit per arcum. t. k. motus eius in epicyclo minuet de motu centri epicycli in concentrico arcum anguli. a. e. k. addet itaq̄d super motum equalē per vnam medietatem epicycli scz. 3. b. t. et per alteram scz. t. k. 3. minuet ab eodē. Sic in vna medietate epicycli apparet maior: est medio: in altera. vno minor. Hinc palam est q̄ sūm viam eccentrici maior: est motus apparenſ in longitudine propiori q̄d in longiori. **S**cđm viam aut eccentrici cu: epicyclo potest tam in longitudine longiori q̄d in propiori motus maior accidere. In figura enim eccentrici angulus. g. 3. d. maior: est angulo. a. 3. b. In figura aut epicycli ab. a. versus. b. moueatur. si motus planete sit. a. 3. versus. b. maior: est motus in longitudine longiori. Sed si tunc motus planete esset a. 3. versus. k. minor: esset motus in longitudine longiori: et maior in propiori.



Sumptis duob⁹ arcub⁹ in medietate ecētrici equa libus: qui longitudini propiori fuerit vicinior: maiorem in centro terre subtēdit angulū. Ex hoc constat: q̄ quāto planeta longitudini propiori vicinior fuerit: tanto motus eius apparēs maior erit.

Con eccentrico. a.b.g.d. cuius centrū. e. diameter per longitudinē longiorē et propiorem trāiens sit. a.e.3.g. in qua centrum terre. 3. duo arcus. t.h.b.k. sint equales. vnde angulus. h.e.t. equalis erit angulo. k.e.b. Dico angulum k.3.b. maiorem esse angulo. h.3.t. propterea q̄ arcus. k.b.l.ōgitudini propiori sit vicinio: t.3. et. b.3. continuante occurrant periferie eccentrici in. l. et. d. ductisqz lineis. h.l. et. k.d. perpendicularibus super eas. 3.p. et. 3.q. quia angulus. h.l.t. est equalis angulo. k.d.b. per. 25. tertij. et angulus. 3.p.l. equalis angulo. 3.q.d. igitur p quartā sexti proportio. 3.d.ad.3.l. sicut. 3. ad. 3.p. Sed 3.d. maior est. 3.l. per septimam tertij. ergo. 3.q. maior est. 3.p. Linea aut. b.3. maior est linea. k.3. per eandem septimā tertij. ergo per octauam quinti proportio. h.3.ad.3. maior est q̄z proportio. k.3.ad.3.q. et per eandē. h.3.ad.3.p. maior est q̄z. h.3.ad.3.q. igitur proportio. h.3.ad.3.p. maior est proportione. k.3.ad.3. igitur ex ratione sinū seu chordarum angulus. 3.k.q. maior est angulo. 3.b.p. Ideoqz duo anguli. 3.k.q. et. 3.d.q. simul maiores sunt duobus. 3.b.p. et. 3.l.p. Igitur per. 32. primi angulus. k.3.b. maior est angulo. h.3.t. quod fuit ostendendum. Corollarium manifestum est.



Propositio. vi.

Sumptis duobus arcibus in medietate epicycli superiori equalibus: qui longitudini lōgiori vicinior fuerit: maiorem in centro terre subtēdit angulum.

Con eccētrico. a.b.g. sup centro. e. diametro. a.e.g. transeunte per longitudinem longiorē. a. propiorem. g. et centrum terre. 3. Sumptri sint in parte superiori: duo arcus. h.t. et. b.k. equalis. h.t. quidē vicinior: ad longitudinem lōgiorē. Dico angulum. h.3.t. maiorē esse angulo b.3.k. Secent enim. t.3. et. k.3. epicyclum inferius in. l. et. m. et super continua tas. h.l. et. b.m. cadat perpendicularares. 3.p. et. 3.q. Sunt itaqz. h.l.t. et. b.m.k. anguli equalis per. 25. tertij: ideo q̄ eorum contrapositi. 3.l.p. et. 3.m.q. sunt equalis. p. aut et. q. sunt recti: ergo per quartā sexti. m.3.ad.1.3. proportio est sicut. 3.q.ad.3.p. Sed. m.3. est maior. l.3. per octauam tertij. igitur. 3.q. est maior. 3.p. Sed. 3.b. est maior. 3.b. per candem octauam tertij. quare per octauam quinti. h.3.ad.3.q. proportio maior est q̄z. h.3.ad.3.q. H.3. aut ad. 3.p. maior est q̄z. h.3.ad.3.q. per eandem igitur. h.3.ad.3.p. maior est q̄z. h.3.ad.3.q. igitur ex ratione sinū angulus. 3.b.q. maior est angulo. 3.b.p. Sed extrinseci eoz. b.m.k. et. b.l.t. sunt equalis: igitur residui duo intrinseci sunt inequalis: scz angulus. h.3.t. maior est angulo. b.3.k. quod est intentum. Ex his manifestū est tam per modū eccentrici q̄z epicycli stellam in temporibus equalibus in orbē signorum inequalis arcus describere.

No. 39. Cforda et suo rorculo. Ann. h. 25. 11.
dempto maior ne feret anim. 39. 39. fordo
et suo rorculo. Ann. d. 25. 39. depl. 39.

Propositio .vii.



Tertius

Secundum modum eccentrici maxima differentia inter motum equalem et apparentem continget in punto transitus medijs: quem determinat linea motus apparentis super diametro per ambo centra cunctans perpendiculariter.

Sicut eccentricus. a.b.g.d. per cuius centrum. e. et per centrum mundi. z. longitudinem longiorē. a.z proprio: em. g. transversat diameter. a.g. Linea motus apparentis stans super. a.g. orthogonaliter sit. z.b. ductaque. b.e. angulus diversitatis inter motum equalem et apparentem est. e.b.z. Motus enim equalis sic est angulus. a.e.b. Sed apparentis est angulus. a.z.b. Fiat enā duo alii anguli diversitatis apud duo puncta. t.c.t.k. qui sunt. e.t.z.t.c.k.z. Dico angulum b. maximū horum esse. Contingentur enim. b.z.in.d.z ducantur. t.d.e.d. et k.d quia per septimam tertij. t.z.est lōgoz. z.d.igitur per. 19. primi erit angulus. z.d.maior angulo. a.d.z. Sed. e.d.t. equalis est angulo. e.t.d. per diffinitionem circuli: et quinta primi. igitur residuum. z.d.maior: est residuo. e.t.z. sed e.d.z. equalis est angulo. e.b.z. igitur angulus. e.b.z. maior: est angulo. e.t.z. Similiter probabit. e.b.z. maior: esse. e.k.z. *Mel sic ostende. Sint. b.h. pīta in arcu. a.b. ducta. e.k. t.e. perpendicularibus super. b.z. et. t.z. per penultimam primi patet. e.z. longiorē esse. e.k. et. e.k. longiorem. e.l. Sed. e.b. e.h. et. e.t. sunt equales: ergo per octauam quinti proportionē. e.t. ad. e.l. maior: est proportionē. b.e.ad. e.k. et. b.e.ad. e.k. proportionē maior: proportionē. b.e. ad. e.z. Ideoqz ex ratioē sinus angulus. b. est maior angulo. h. et angulus. h. maior: angulo. t. igitur zc.*

Ex hoc infertur: quanto linea motus apparentis puncto transitus medijs vicinior fuerit: tanto differentia inter motum apparentem et equalem maior est.

Cadem ostendere poteris de punctis inter. b. et. g.




Hinc etiam constat arcua longitudinaline longiori: id est punto motus minoris ad punctum transitus medijs esse maiorem arcu a puncto transitus medijs ad longitudinalinem propiorem in punctum motus maioris in duplo maxime diversitatis.

Cum quanto angulus. a.e.b. est maior: angulo. a.z.b. tanto etiam angulus. g.z.b. maior: est angulo. g.e.b. Ideo angulus. a.e.b. maior: est angulo. g.e.b. in duplo anguli. e.b.z. quod est intentum.

Propositio viij.

Secundum modum epicycli dum centrum epicycli in concetrico: planetaque in epicyclo eque cito circueat: fueritqz motus minor in longitudinaline longiori: maxima differentia inter motum equalem et apparentem continget dum linea motus apparentis apuncto longitudinalinis longioris quarta circuli distiterit.

Sicut concentricus. a.b.g.d. super centro. e. sitqz. a. locus centri epicycli dum planetā fuerit in longitudinaline longiori epicycli. z. vo sit punctus centri epicycli dum linea. e.n. motus apparentis distiterit ab. a. per quartam circuli. seu



angulum rectum. a.e.n. Dico angulum. z.e.n. qui est diuersitas inter motum equalem et apparentem esse omnium maximum. b. sit longitudo longior epicycli. propter motus proportionales oportet angulum. b. z.n. equalem esse angulo. z.e.a. ergo per. 28. primi. z.n. equidistant. a.e. ideoq; per. 29. anguli coalterni. a.e.n. et. z.n.e. sunt equeales. igitur. z.n.e. quoq; rectus erit. quare per coniularium. i.e. tertij linea. e.n. est contingens epicyclum. ideo fiet angulus. z.e.n. magius. Item sit centrum epicycli in duobus alijs punctis: puta. t. et. k. oportebit similiter angulum. b.t.l. equalem esse angulo. t.e.a. et. b.k.m. equalem angulo. k.e.a. propter positionem motuum equalium. Sic angulus. b.t.l. maior fiet angulo. b.k.m. ideoq; per octauam tertij. c.m. longior fiet. c.l.q. arcus. b.m. minor: sit arcu. b.l. et ex hoc angulus. t.e.l. maior erit angulo. k.e.m.

Palam est ergo: quanto linea motus apparentis fuerit puncto transitus medijs vicinior: tanto diuersitas inter motum equalem et apparentem maior est.

Cuoco autem punctum transitus medijs. b. in concentrico quem indicat linea e.n. o:thogonaliter stans super. a.g. **I**dem posset ostendi: si puncta. t. et. k. essent inter. z. et. g.



Hinc iterum palam est: tempus quod est a puncto motus minoris ad punctum transitus medijs: maius est tempore quod est a puncto transitus medijs ad punctum motus maioris in duplo tempore maxime diuersitatis.

Quo eni; angul. a.e.z. maior est angulo. z.e.g. eo etiam angul. b.z.n. maior est angulo. n.z.e.s. a.e.z. maior est angulo. z.e.g. in duplo anguli. z.e.n. igit.

Propositio ix.

Tres motus equeales sint: videlicet stelle in eccentrico: epicycli in concentrico: stelleq; in epicyclo: motu tamen eius in longitudine longiori existente minori. fuerintq; eccentricus et concentricus eiusdem magnitudinis: et semidiameter epicycli equalis distancie centrorum, quicquid diuersitatis sive vnum modoq; accidit continget etiam sive reliquum.

Sit concentricus. a.b.g. super centro. d. et huic equalis sit eccentricus. e.z.b. super centro. t. diameter communis per longitudinem longiorum et propiore amboq; centra transiens sit. e.g. concentrici arcus ad libitum sit. a.b.sup. b. tanq; centro epicycli descriptus. sit epicyclus sive quantitatem semidiametri b.k. equalis linee. d.t. huius epicycli sectio cum eccentrico sit. z. **D**ico q; locus stelle sive vtrumq; modis erit in sectione tali. **N**a propter equalitatem motuum semper sunt tres arcus. a.b.k. z.ct.e.z. similes. Quadrilaterum etiam. b.z.t.d. opposita latera habet equalia: igit semper est equidistantium laterum: dum centrum epicycli extra. a. et. g. fuerit. quare. k.b.z. et. b.d.a. et. z.t.e. anguli semper sunt equeales. Ideoq; motus apparentis semper determinabitur linea. d.z. que sive vtrumq; modis locus stelle apparentis est in puncto. z. Unaq; motus equalis et apparentis differetia. **N**a sive modus eccentrici ipsa est angulus. t.z.d. sive modus epicycli ipsa est angulus. b.d.z. Ipsi autem sunt coalterni: igit equeales. **P**alam est igit q; sive modus epicycli modus stelle eccentrici describit: nec usquam ab eo discedet.



Tertius

Propositio .x.

Dem etiam accidet: si circulus eccentricus et concentricus inequalis magnitudinis fuerit: dum saltem proportio semidiametrorum eccentrici et concentrici sit sicut proportio distantie centrorum ad semidiametrum epicycli.


Sit eccentricus. a.b.g. super centro. d. dimaetro. a.g. in qua centrum mundi sit. e. longitudo longior. a. proprio. g. sitqz stella in puncto eccentrici. b. Nam est qz locus eius apparētis est super linea. e.b. et angulus diuersitatis motus equalis et apparētis est. d.b.e. sit deinde. e.h. equidistans. d.b. et fm quātitatem semidiametri. e.k. sumptam ad libitum imagino: concentricum. fm modum itaqz epicycli in concentrico quando stella est in. b. centrum epicycli erit in. k. propter motū equalitatem et angulos. a.d.b. et. a.e.k. cōquales. Sit igitur semidiameter epicycli. k.b. tante quātitatis: vt proportio. a.d.ad e.k. sit sicut proportio. d.e.ad.k.b. Item sit. d.z. equidistans. e.h. erit igit fm modum epicycli locus stelle in. z. Dico. z. esse in directo linea. e.b. ita vt. e.b.z sit linea vna. ducatur enim. e.z. Quia. z. d. et. e.h. cōquidistant: cōrit angulus. d.z.e. equalis suo coalterno. b.e.z. Item quia. k.e. cōquidistant. d.b. et. z.k. cōquidistant. c.d. igitur per. 34. primi angulos oppositos eq̄les esse oportet: sc̄z. b.d.e. et. e.k.z. Sed et laterū proportio est vna: quia. b.d.ad.e.k. est sicut. d.e.ad.k.z quare per sextā sexti triangulus. b.d.e. est equiangulus triangulo. e.k.z. q̄re angulus. k.z.e. eq̄lis est angulo. d.e.b. Sed iam angulus. k.z.e. equalis fuit angulo. a.e.z. igit angulus. d.e.b. est equalis angulo. a.c.z. quare. e.b. et. c.z. sunt linea vna: quod fuit ostendendū. Unde et angulus. z.e.k. equalis est suo coalterno sc̄z angulo. e.b.d. sc̄z angulus diuersitatis fm modum epicycli angulo diuersitatis fm modum eccentrici. Patet itaqz q̄ semper fm quamlibet duarū radicū locus stelle apparen̄s determinatur per lineam. e.b. et diuersitas in utraqz est vna: siue eccentricus concentrico maior: sit: siue minor:

Propositio .xi.


Arta modum eccentrici diuersitates motū equa/ lis et apparentis eadem sunt: dum linea loci appa/ rentis in orbe signorum a longitudine longiore et propiore equaliter distiterit.

Vt sit eccentricus. a.b.g. d. super centro. e. centrū orbis signorū sit. z. diameter p longitude longiorē et propiore: sit. a.e.z. g. sintqz an/ guli. a.z.b.d.z.g.h.z.g. cōquales. Dico tres angulos diuersitatis: sc̄z. b.h. et. d. cōquales esse. Est enim per quintam primi angulus. b.e. equalis angulo. d. sed et duo trianguli. e.b.z. et. e.d.z. sunt equalium laterū. Nam. e.h. equalis. e.d. ex ratione circuli. et. z.b. equalis. z.d. per septimā tertij. in punctis tamen. a. et. g. nulla erit motū diuersitas. Conuersa huius etiam patet. Sint anguli b. et. h. cōquales. Dico angulos. a.z.b. et. g.z.b. esse cōquales. Nā si alter corū maior esset: resecto eo ad equalitatem alterius: per hanc. u. sequit cōtra septime huius corollarium: q̄ quanto linea apparentis motus puncto transitus medijs vicinior: fuerit: non tanto differentiam diuersitatis maiorē esse: quod est impossibile. Dalam etiam est lineam transitus medijs semper angulum motus apparētis inter pūcta earundē diuersitatū p̄tēti p̄ equa secare.

Sic lo habet progressio
a.d. ad z k ita lo habet
d.z. ad k. h.




Conversum



Arta modum epicycli idem etiam accidere.

Sit concentricus. a. g. f. super centro mundi. d. punctus. f. locus centri epicycli dū stella fuerit in longitudine longiori epicycli. g. vō dum in proprio. Item sint tria pūcta et loca centri epicycli. a. l. o. in situibus quibus linee motū apparētū equa- liter distiterint a longitudine longiori et proprio in orbe signo rum: ita vt linee motū apparentium sint. d. z. d. n. d. q. vt tres anguli. z. d. f. n. d. g. q. d. g. sint equales. Dico angulos diuersitatū: scz. a. d. z. l. d. n. et. o. d. q. esse equales ex positione motū equalium oportet. a. z. l. n. et. o. q. equidistare diametro. f. g. igitur tres anguli. a. z. b. m. n. l. o. q. p. sunt equales: quia eorū coalterni et intrinseci sunt equales. Hinc anguli tres. z. a. h. n. l. m. q. o. p. per quintā et. 32. primi sunt equianguli. Sed latera. z. a. n. l. q. o. sunt equalia. igit per quartam sexti. z. b. n. m. et. q. p. sunt equalia. Sed que fiunt ex. z. d. in. d. b. et. m. d. in. d. n. et. ex. p. d. in. d. q. sunt equalia: eo q̄ vñquodq̄ horū cōgle sit ei qd̄ fit ex. c. d. in. d. t. vt patet ex tricesima quinta tertij. q̄re si. z. b. m. n. p. q. p. equalia diuidantur: tunc per sextam secundi: cōmuneq̄ scientiam probabis tres lineas. z. d. m. d. p. d. esse sibi inuicem equales. sunt igit trianguli. z. a. d. m. l. d. p. o. d. equalium laterum: scz. angulos. a. d. z. l. d. m. o. d. p. esse equales. Conuer sam quoq̄ huius ostendes: si anguli. a. d. z. l. d. n. o. d. q. sint equales: etiā angulos. f. d. z. g. d. n. et. g. d. q. esse equales. Quoniā si alter maior esset: resecto ad equalitatem alterius per hanc. 12. sequitur cōtra correlariū octaue huius q̄ est impossibile. Ex hoc patet motum equalē: qui est angulus. a. d. l. in hac dispositione equalē esse motui apparenti: qui est angulus. z. d. n. qui eq̄liter diuidit linea eunte ad duos transitus medios. Item linea a centro mūdi epicyclum secante: et stella posita in duobus punctis sectionū equalē habebit diuersitates motū equalis et apparentis: vt linea. z. d. secante epicyclum in. z. et. b. siue stella fuerit in. z. siue. b. angulus diuersitatis est. a. d. z. tūc aut erit in. b. quando centrum epicycli situabit in. l. Erunt enī tunc. b. et. n. punctus vñus: et angulus motus equalis a longitudine longiori: scz. e. a. z. maior est angulo motus apparentis: q̄ est. a. z. d. seu. z. d. f. in. angulo. a. d. z. qui est diuersitatis. Præterea angulus motus equalis a longitudine proprio: qui est. l. d. g. seu. d. l. minor est angulo motus apparentis ab eadem longitudine proprio: scz. angulo. m. n. l. seu. m. d. g. in. angulo. n. d. l. qui est eiusdē quātitatis cum angulo. a. d. z. Sic quantum in situ. a. vñus excedit alium: tanto in situ. l. excedet ab alio dum a longitudine viciniori fiet computatio. Ex premissis patet q̄ possibile est: q̄ in diuersitate motus apparentis in aliqua stella causa fiat sūm vnum modum tm̄: velut sūm modū eccentrici: Aut sūm epicycli inconcentrico. In aliqua fiat sūm ambos. In sole tamen vna tm̄ diuersitatis reperta est: videlicet q̄ temp⁹ a minori eius motu ad medium maius est tempore a medio ciuis motu ad maiorem semper. ideo satis est assignare ei vnum horum modorum tm̄. Sed quia modus eccentrici planio: et levio: est compleeturq̄ vno motu tm̄: modus aut epicycli duob⁹ motib⁹ indiget. ideo conuenientius est soli eccentricum assignare.



Bene nota
hunc loci

Tertius


Xoportionem semidiametri eccentrici solis ad centrum distantiam locūq; longitudinis longioris eccentrici indagare.

Abrachis inuenit tempus ab ingressu solis in punctū equinoctio vernalis usq; ad solstitium estivum. 94. dies et medium. A solstitio estivo ad equinoctium autumnale. 92. dies et medium. Similiter dicit se reperisse Ptolemy. Ex his inuenit eccentricitatem et locum augis hoc modo: Sit orbis signorum. a. b. g. d. super centro. e. A. quidē punctū vernalē. b. estivale. g. autumnale. d. hiemale. Et quia tempus ab equinoctio vernali ad autumnale fuit plus anni medietate: ex hoc patuit augē eccentrici esse in medietate ecliptice. a. b. g. Similiter quia tempus ab equinoctio vernali ad solstitium estivū fuit maius tempore ab estivo solstitio in equinoctium autumnale: ex hoc cognitum fuit: augē eccentrici solis esse in quarta zodiaci. a. b. Sit igitur in hac parte. 3. centrū eccentrici: et super eo eccentricus. t. k. l. m. sintq; due linee equidistantes duabus. a. g. et. b. d. secantes se in. 3. m. q. cqdistantes. a. g. f. r. cqdistantes. b. d. ductaq; linea. e. 3. occurrat orbi signorum in. b. queritur quantitas linee. e. 3. et arcus. b. h. Ex dictis constat: q; sol perambulat arcum. t. k. in. 94. diebus et medio. et arcum. k. l. in. 92. dieb; et medio. Ergo ex tabula medijs motus solis uterq; horum arcuum notus erit. Sed. f. t. est. eq; lis. f. l. ideo. f. t. notis. et. f. n. est. quarta circuli: ideo. n. t. notus fiet. Etiam ex notis. t. f. et. t. k. nosce et. f. k. ideo sinus arcuū. t. n. et. f. k. notis: qui sunt. equalēs. lineis. 3. c. et. c. e. ex quib; propter rectum angulum. c. nota erit hypotenusa. e. 3. talium partium. equalium. 3. f. est. sinus torus. Inuenit autē Ptolemy. eam duarum partium. 29. minutorum et medium sere. equalium 3. f. est. 60. Sic proporcio semidiametri ad eccentricitatem est. 24. ad unū sere. Ideo maximam diuersitatem posuit duorum graduum: et vigintitriū minutorum. Ex lateribus trigoni. e. c. 3. nosce angulus. 3. e. a. cuius arcus est. a. b. distantia augis solis a principio arietis: quem Ptolemy reperit. 65. g. et medium: sicut et Abrahi reperit. Ex hoc coclusit Ptolemy augē solis imobilem et fixam respectu puncti equalitatis vernalis et autumnalis. Albategni reperit eccentricitatem duarum partium: quattuor: minutorū: quadragintaquinq; secundorum. arcum. b. h. septem graduum: quadragintatriū minutorum. Arzachel autē licet motum medium variauit: tamen eandem quam Albategni inuenit eccentricitatem. Sed arcum. b. h. duodecim graduum: decē minutorum. Quod certe mirum apparet: cum Arzachel post Albategni fuerit. Unde igit; cuius observationi fidem habeas Albategni ab equinoctio vernali ad solstitium estivū inuenit. 93. dies. 14. horas sere. H; ab equinoctio vernali ad autumnale. 186. dies. 14. horas. 45. m. Ideo posuit maximā equationē solis. 1. g. 59. m. 10. se. Arzachel post Albategni. 193. annis. 402. siderationes fecit circa puncta quattuor: media inter puncta equalitatis et solstitiorū: et reperit. b. h. esse. 12. partes. 10. m. Ideo coactus fuit dicere q; centrū eccentrici solis moueretur in circulo quodam paruo: velut in mercurio habetur.

Propositio. xiii.

Liter idem reperi.



Quia non sine magna difficultate per instrumentum haberi potest ingressus solis in puncta tropica: propter declinationē que in ea parte minime variait. Ideo per tria alia loca po-



standit obseruari domino Albategni
et Arzachel.

Liber

test esse certid. Illud idem cogitauimus investigare; velut sint nobis per instrumentorum obseruationem dati introitus Solis in ambo equinoctia. Item in principium alterius signi vicini punctis equinoctiorum. Sit itaqz eccentricus solis. b.l.t.super centro. z. centrum mundi sit. c. aux. h. oppositum augis. o. t sit linea distinguens loca solis in ingressibus in punctu vernali. et autunnali. l. Item. q. sit punctum ingressus in principium tauri: aut medietatis eius. Quod ideo eligo: q per instrumentum illud facilius deprehendi potest qz ingressus in punctum canceri. Ductis lineis. q.e.ppt. et perpendiculari. p.r.super.t.l. quia tempus quo sol perambulat arcum. t.q.est notum ex obseruationibz. ideo arcus. t.q.notus. Simili ratione arcus. t.l.notus ex nocte tempore quo sol perambulat arcum. l.o.t. Item quia angulus. t.e.q.est notus ex motu apparente per obseruationes cognito. et angulus intrinsecus. q.p.t. propter arcum. q.t. igitur reliquus intrinsecus. p.t.l.notus fiet. quare arcus. p.l.datus erit. hinc ambo arcus. p.t. et. p.q. dati: et chorda. p.t. similiter chorda. p.q. notarum fiet partium; qualium est. o.h. diameter circuli: duplū sinus totius. Preterea ex angulo. q.e.t. seu sibi contraposito. p.e.r. nota fiet propotione. e.p.ad.p.r. Similiter ex angulo. p.t.l. nota fiet propotione. t.p.ad.p.r. quare et nota fiet propotione. t.p.ad.p.e. ideoqz. p.e. et. e.q. date erunt in partibz quibus. o.h. est diameter circuli nota. Sed quod fit ex. p.e.in.e.q. est equale ei quod fit ex. o.e.in.e.b. per. 34. tertij. ideo quod fit ex. o.e.in.e.b. notum est. Sed p. quintā secundi quod fit ex. o.e.in.e.b. cu. qdrato. 3. est eqle qdrato. 3.b. ideo sublato qd fit ex. o.e.in.e.b. a qdrato. 3.b. remanebit qdratu. 3.e. notum. ideo nota fiet. 3.e. q. querebas. Tunc ducta. 3.q. ex notis lateribus. 3.e. q. cognoscet angulus. h.e.q. distantia loci augis a loco zodiaci: quem ostendit linea. c.q. Possem etiam idem investigare per quecumqz tria alia loca per tres obseruationes verificata: sed non sine labore: ut sic: Sunt tria loca. a.b.c. ex obseruationibz tribz cognita. sit cētrū ecētrici. z. cētrū mundi. d. linea p. augē et oppositū augis sit. k.z.d.n. ductis lineis. a. z.a.d.e.b.d.f.c.d.g.b.c.b.e.c. Itē ppēdiularibz. z.r.sup.a.d.c.m.sup.b.e.e.f.sup.b.d.e.g.sup.c.d. Ex angulo. a.d.b. qui est motus apparētis inter primā et secundā obseruationes: et sibi contraposito. f.d.e. in triangulo rectangulo nota erit propotione. d.e.ad.c.f. ex arcu. a.b. qui est motus eq̄lis inter primas considerationes. et suo angulo. a.e.b. itē extrinseco. f.d.e. notus erit alter intrinsecus. d.b.c. hinc in triangulo. b.e.f. rectangulo nota erit propotione. b.e.ad.e.f. Siā nota fuit. d.e.ad.e.f. igif. b.e.ad.c.d. propotione nota fiet. Preterea ex angulo. a.d.c. qui est motus apparētis inter pmā et tertią obseruationes et suo contraposito. g.d.e. nota erit propotione. d.e.ad.e.g. Ex arcu quoqz. a.c. q. est motus equalis inter primā et tertią obseruationes et angulo suo. a.e.c. extrinsecoqz. g.d.e. notus erit angulus reliquus intrinsecus. d.c.e.binc in triangulo rectangulo. c.e.g. nota erit propotione. c.e.ad.e.g. Sed iam. d.e.ad.e.g. data fuit. ideo propotione. c.e.ad.d.e. nota erit. Sedet b.e.ad.e.d. cognita fuit. ideo propotione. b.e.ad.c.e. fiet manifesta. Deniqz arcus. b.c. datus est: quia motus equalis inter secundā et tertią obseruationes. Ideo sua chorda. b.c. nota fiet in partibus qualibus. k.n. est duplū sinus totius. Ex arcu quoqz angulus. b.e.c. notus. hinc in triangulo. b.e.c. in rectangulo propotione. e.c.ad.c.m. etiam. e.c.ad.e.m. data erit. hinc. c.m. et. e.m. note erunt in partibus quibus. c.e. nota est: igif et residua. m.b. Ex. b.m. et. m.c. nota erit. b.c. in partibus eisdē. sed iā nota fuit in partibus quibz. k.n. est duplū sinus totius: igif tā. b.e.qz. e.d. in eisdē cognite fient. qre arcus. b.c.e. datus erit. hinc. a.b.e. et sua chorda. a.d.e. cuius pars. d.e. iam nota fuit. igif et resi-



Tertius

dua eius pars. a.d. nota. Sed quod fit ex.e.d.in.d.a.cum quadrato.3.d.vt superius patuit: equale est quadrato.3.k. ideo.3.d. nota fiet. hinc ex trianguli.a.3.d.notis laterib⁹ notus erit angulus. a.d.k. tc. Sed hec via labore plena est: vt vides. Ideo elige precedentem: et serua ingressus in puncta equalitatis pro duabus observationibus. pro tertia sume ingressum in quodcumq^z punctum mediū in quartis quattuor. puncta.15.tauri: vel leonis: vel scorpii: vel aquarij: vel prope illa. Et ex quolibet horum cum duabus equalitatibus elicies quod dictum est faciliter. Poteris quoq^z equinoctia duo nunc cum illo: nunc cum alio iungere: et videre si in eandem semper concordē invenitionem producaris.

Propositio xv.

Multa sit maxima diversitas inter equalem et apparentem motum: in quantaq^z elongatione a longitudine longiori acciderit patefacere.

Sit eccentrici. a.b.g. diameter. a.d.e.g. centrum. d. centrum orbis signorum. e. stetq^z. e.b. orthogonaliter sup. a.b. ductaq^z d.b. ex septima huius patet angulum. d.b.e. esse quē querim⁹. Cum autē propo:tiō. b.d.ad.d.e. sit nota ex p:emissis duab⁹: et triangulus sit orthogonius: notus erit angulus. d.b.e. qui querif. hinc etiam. a.d.b. extrinsecus patefiet. Varij obseruatorēs hanc maximam diversitatem variam inuenērūt: vt superius dictum est: quod accidit p:opter variam proportionem b.d.ad.d.e. ab eis varie repertam.


Propositio xvi.

Multa viam eccentrici dato angulo motus equalis a longitudine longiori angulū diversitatis reperire.


ta secundorum. Ex quo manifestū fuit: q centru epicycli cecidit in portione
a.b.c. Sit itaqz.k.centrum epicycli.ducta linea.d.m.k.l.pcr.m.longitudi-
nem propiorem:t.l.longitudinem longiorem. Jam mediante cho:da.e.g.
aut.b.g.notas erit p:opatio.d.e.ad.e.a.ergo tota.d.e.a.notas erit in parti-
bus semidiametri epicycli: et etiam.d.e.in eisdem. Sed quod fit ex.a.d.in
d.e.cum quadrato semidiametri epicycli est equalē quadrato.k.d. Ergo p:
p:opatio.l.k.ad.k.d.notas erit: quod est p:opositū. Sic inuenit.l.k.csse quinqz
partes:quattuor decim minuta:dum.d.k.est sexaginta:quod vicinum est in-
ventioni t eclypsibus antiquis. Distantiam aut lune ab auge epicycli:t ra-
dicem medij motus lune in predictis: similiter reperit in forma simili pio-
ri:ducendo lineam.k.n.scilicet perpendicularē super.d.e.a.ductaqz linea
a.k. Quia iam nota fuit p:opatio.d.e.ad.e.a.et.e.n.est medietas.e.a.ergo
notas erit p:opatio.n.d.ad.d.k.ergo notus erit angulus.d.k.n.et eius ar-
cus.m.e.s.quare totus.m.s.a.notus erit. Ergo et residuus.a.l qui est dista-
tia lune ab auge epicycli medio in prima eclypsi: ex quo cognoscuntur
et arcus.l.b.et.l.g. Inuenitur autē arcus.a.l.quadraginta quinqz gradum
quadragintatrium minutorum:et.l.b.sexaginta quatuor gradum:triginti
taocto minutorum:et.l.b.g.centum quadragintasex gradum:quattuor de-
cim minutorum. Item ex.d.k.n.notas notus fuit residuus angulus: scilicet
n.d.k.quem inuenit trium gradum:viginti minutorum. Per hunc cogno-
uit locum lune medium nouem gradus:quinquaginta quinqz minuta se-
pij in prima eclypsi. In secunda autem vigintinouem gradus triginta mi-
nuta arietis. In tertia aut decem t septē gradus:duo: minuta virginis.

Quartus

Propositio .xij.



Quantitatem mediorū motū lune in longitudine et diuersitate ex eclypsibus prefatis certificare.

In secunda trium eclypsium antiquarum locus lune medi⁹ fuit. 14. g. 44. m. virginis. Locus medi⁹ in diuersitate. 12. g. 24. m. ab auge epicycli. In eclypsi aut̄ secunda trium posteriorum locus lune medi⁹ fuit. 29. g. 30. m. arietis. et locus medi⁹ in diuersitate. 64. g. 38. m. ab auge epicycli. Internallū aut̄ inter has duas eclypses continet. 854. annos egyptios. 73. dies. 23. horas: et medietatē vni⁹ hore de tempore differēt. sed de equali. 23. horas: et tertia vni⁹ hore. In quo p̄siderationes ultra integras reditiones medi⁹ motus lune in longitudine fuit. 224. g. 46. m. et medi⁹ motus in diuersitate. 52. g. 14. m. Sed in predicto tempore s̄m numerationē medi⁹ motus in longitudine fuit ultra reditiones integras. 224. g. 46. m. S̄z in diuersitate. 52. g. 31. m. Concordat itaqz motus in longitudine s̄m numerationē cum motu in longitudine s̄m obseruationem. Sed in diuersitate differunt in. 17. m. Ideoqz hec. 17. m. per dies interualli diuisa ostendent: quantum motui diuersitatis in uno die prius tabulato foret detrahendum: vt motus diuersitatis in uno die correctus habeatur. Simili via Albategni secutus suo tempore inuenit motum medi⁹ diuersitatis a Ptolemeo positum maiorem eē motu medio diuersitatis: quē ipse per eclypses reperit. Et differentia per numerum dierum inter Ptolemeum et suam obseruationem intercedentium diuisit. et quod exiuit: abstulit a motu diuersitatis in die posito in Ptolemeo. Motu vo longitudinis cun dem inuenit quē Ptolemeus: nisi q̄ addidit ei quod motui solis addiderat: illius enim lunationis equalis tempus acceperit.

Propositio .xiiij.




Adices medi⁹ motus lune in longitudine et diuersitate ad principium datum ex eclypsibus firmare.



Nelut Ptolemeus volens ad principium annoz nabucho donosaris radices has figere: considerauit interuallum inter principium hoc et medium eclypsis secunde trium eclypsiu⁹ antiquarum: videlicet que fuit in secundo anno Mardonchei. 18. diebus mensis Ibus egyptio:ū transactis: ante medietatē noctis per hore medietatē et tertiam. Fuitqz interuallum. 27. anni egyptij. 17. dics. u. hore et sexta vnius hore: tam de tpe differēt q̄z mediocri. In quo quidē tpe medi⁹ mot⁹ lune in longitudine habet numeratione. 123. g. 22. m. in diuersitate. 103. g. 35. m. q̄ diminuta a loco meci⁹ mot⁹ lune in longitudine et diuersitate in horā secunde eclypsis relinquūt radices motū medioz lune ad principiū annoz Nabucho. in longitudine qdē. u. g. 22. m. tauri. In diuersitate. 268. g. 49. m. Ideoqz longitudine inter sole et lunā media tūc fuit. 70. gra. 37. m. vi et radice medi⁹ motus solis habetur ex. 21. tertij huius.

Propositio .xvij.



Iluna in eccentrico positione superius dicta moneretur: proportionem semidiametri eccentrici ad distantiam centrorum: ceteraque que superius expressa sunt elicere.





Conpositio fuit in septima huius: etiā in octava expressa: q̄ mot⁹ lune in eccentrico esset s̄m proportionē motus lune in epicyclo. Ita tñ vt aux eccentrici mouereb⁹ s̄m successionē iuxta proportionē quantitatis excessus medi⁹ motus lune in longitudine super medi⁹ motū eius in diuersitate seu epicyclo. Sit nūc ea nobis positio. volumus inuenire eccentricitatē lune per eclypses tres antiquiores: de quib⁹ in nona facta est mentio. Sit itaqz eccentricus lune. b.a.g.e. super centro suo. k. in quo sit centrum mundi. d. Querimus distantiam. k.d. Locus lune in eccentrico in prima eclypsi sit. a. in secunda. b. in tertia. g. ductis lineis. b. d. e. ad. g. d. a. g. g. e. t. perpendiculārib⁹. e. z. super. a. d. e. h. sup. g. d. et. g. t. super. a. e. Quoniam in interuallo primo verus motus s̄m longitudinē est. 349.gra. 15.m̄. medius aut̄. 345.gra. 51.m̄. t medius in diuersitate est. 306.gra. 25.m̄. In secūdo vō interuallo verus motus s̄m longitudinem est. 169.gra. 30.mi. Sedius aut̄. 170.gra. 7.mi. t medius in diuersitate. 150.gra. 26.mi. Ergo motus augis eccentrici in primo interuallo fuit. 39.gra. 26.mi. scz excessus medi⁹ motus in longitudine super medi⁹ in diuersitate. Sed in secūdo interuallo fuit. 19.gra. 41.mi. Ideoqz motus diuersus in eccentrico in primo interuallo fuit. 309.gra. 49.mi. Nam motus verus lune in longitudine s̄m positionē excedit motū diuersum in eccentrico tanto: quanto medius motus longitudinis excedit medi⁹ motū diuersitatis: vt patet ex figura septime huius. Et motus diuersus in eccentrico in secūdo interuallo fuit. 149.gra. 49.mi. simili ratione. Arcus itaqz. f. b. g. est. 306.gra. 25.mi. Sed arcus motus diuersi sibi correspondens: scz. q. s. p. eccentrici sup. d. fiet. 309.gra. 49.mi. q̄re residuus de circulo. 50.gra. 11.mi. t est angulus. b. d. a. Itē arcus. b. a. g. est. 150.gra. 26.mi. Sed arcus motus diuersi sibi correspondens fiet. 149.gra. 49.mi. t est angulus. b. d. g. Nunc processus est similis ei qui dictus est in. 14. tertij huius. Ex angulo. b. d. a. nota fiet prop̄tio. d. e. ad. e. z. Item ex arcu. b. a. t suo angulo. a. e. b. t extrinseco. b. d. a. nota fiet prop̄tio. a. e. ad. e. z. Sed iam fuit. d. e. ad. e. z. nota. ideo prop̄tio. a. e. ad. e. d. nota fiet. Item ex angulo. b. d. g. nota fiet prop̄tio. d. e. ad. e. h. Sed ex arcu. b. g. suoqz angulo. g. e. b. et extrinseco. b. d. g. nota erit prop̄tio. g. e. ad. e. h. Sed iam. d. e. ad. e. h. nota fuit. ideo prop̄tio. g. e. ad. e. d. nota fiet. quare et. g. e. ad. e. a. dabif. Preterea ex arcu. a. g. t suo angulo. g. e. a. nota fiet prop̄tio. e. g. ad. g. t. etiā ad t. e. quare ad residuam. t. a. hinc ex. g. t. et. t. a. nota fiet prop̄tio. e. g. ad. g. a. Sic triangulus. a. g. e. est noto: um laterum respectu partium. d. e. note. Sed et arcus. a. g. notus: quia excessus. b. g. super. b. a. ergo ex cho:da. a. g. nota erit. d. e. et. a. e. vel. g. e. in partibus quibus. k. m. est sinus totus notus. Igitur arcus. a. g. e. notus. quare t. b. a. e. notus. hinc sua cho:da. b. d. e. Et cum portio eius. d. e. in eisdem partibus iam nota fuit: erit et residua scz. b. d. in eisdem cognita. Sed quod fit ex. e. d. in. d. b. cum quadrato. d. k. est equale quadrato. k. m. Ideo notum erit quadratum. k. d. quare prop̄tio. d. k. ad. k. l. nota fieri: que querebatur. Q̄ si voles inuenire arcum. l. b. facies illud ex trianguli. b. d. k. notis lateribus. Ducta enim perpendiculari super. d. b. erit. e. n. equalis. n. b. Ideo. d. n. nota. Sic ex. k. d. et. d. n. noscet angulus. n. k. d. ideo residuus ad complementum recti. n. d. k. notus.

Quartus

Propositio xv.


Gratitatē mediū motū lune in latitudine rectificare.
Adid sumēnde sunt eclipses lunares due sic conditionate: p quantitas eclipsata de diametro sit vna: et fiant apud cūlēm nodum: et ex eadem parte: scz septentrionis aut meridiei. et q̄ luna in epicyclo sit in loco vno pene. sic enī fiet ut distātia lune a nodo in ambab⁹ sit vna: et in interuallo integre redditio- nes facte sint. Assumpsit Ptolemeus eclipses duas. Prima fuit in anno 21. annorū Darij primi: tertio die transacto mensis Toc egyptiorū: cui⁹ mane quartus fuit dies: ante medium noctis alexandrie per horā et tertiam vnius. Eclipsatiqz sunt de luna a parte meridiei duo digiti. Secunda fuit in nono annoz Adriani: die. 17. mensis Abachir egyptiorū: cuius mane fuit dies. 18. ante mediū noctis alexandrie trib⁹ horis et tertia et quinta. Eclipsata quoqz est de luna sexta diametri a parte meridiei. Fuit autē vtraqz iuxta nodū cau- de. et luna in vtraqz iuxta lōgitudines medias epicycli sui. quod sciri potuit p tabulas motus in diuersitate iam factas: et radicē eius in principio annoz Nabuchodonosaris: et differētiā tēporis vsqz ad ambas eclipses. Fuit enī prima eclipsis a principio annoz Nabuchodonosaris. 256. annis egyptijs 122. dieb⁹. 10. horis: et due tertie hore de tpe differēte. sed de mediocri. 10. hore et q̄rta. Scda vō fuit a principio annoz Nabuchodonosaris. 871. annis egyptijs. 256. dieb⁹. 8. horis: et duab⁹ quintis vni⁹ de tpe differēte. sed de medio- cri. 8. hore: et medietas sexte vni⁹ hore. In prima itaqz eclipsi distabat luna a longitudine longiori epicycli. 100. g. 19. m. In secūda. 251. g. 16. m. Ideoqz in prima fuit cursus verus minuens ex medio. g. g. In secūda fuit cursus ve- rus addens sup mediū. 4. g. 53. m. Quare in interuallo duarū eclipsiū: scz in 61. annis egyptijs. 133. dieb⁹. 21. horis: et. 50. m. vni⁹. fiet cursus lune in latitu- dine verus p̄tinēs integras reditiones. sed cursus mediūs minuet a vero re- uolutionē integrā: aggregatū ex ambab⁹ diuersitatib⁹: scz. 9. g. 53. m. sed s̄m numerationē quā posuit Abrachis in predicto interuallo minuit cursus me- diūs in latitudine a vero. 10. g. 2. m. Sit igit̄ cursus mediūs in latitudine in- predicto interuallo maior: in. 9. m. eo quē assignauit Abrachis. q̄ diuisa p̄ dies interualli: scz. 22. 4. 60. 9. fere ostendunt addendū sup motu medio latitudinis in vno die posito ab Abrachi: vt exeat cursus rectificatus.

Propositio. xvi.

Istantiam Lune a nodo s̄m cursum latitudinis me- diū atqz verum per eclipses indagare: atqz radī- cem mediū motus in latitudinem ad principium da- tum firmare.

Assumpsit ad hoc Ptolemeus sciendū eclipses duas. Vnā ex eis quam dixim⁹. Secundam trium antiquarum: scz q̄ fuit in secūdo anno Mardochei: transactis. 18. dieb⁹ mensis Thus ante mediū noctis alexandrie medietate hore et tertia. In qua eclipsati sunt tres digiti a parte meridiei. Et fuit a principio annoz Nabuchodonosaris. 27. annis egyptijs. 17. diebus. 11. horis. et sexta hore de vtraqz tpe. Et distātia lune a lō- gitudine lōgiori epicycli sui. 12. g. 24. m. que minuebat a cursu medio. 59. m. Aliā assūpsit: q̄ fuit in anno. 20. annorū Darij: q̄ regnauit post philippū. 28. die mensis Thus egyptiorū: cui⁹ mane fuit vicefimūs non⁹: ante mediū noctis

n̄ est uerū, sed mensis
paetōn.



Liber

alexandrie p. vnā horā. In q̄ eclypsati sunt sifl̄ tres digiti a parte meridiei. et fuit a principio annoz Nabuchodonosaris. 245. annis. 327. dieb. 10. horis et medietate et q̄rta de tpe différēte. sed de mediocri. 10. horis et q̄rta horae. Et distātia lune a lōgitudine lōgiori epicycli sui. 2. g. 44. m. minuens a medio motu. 13. m. Interuallū itaq̄ ambarū eclypsium fuit. 218. anni. 309. dies. 23. hore. 7. 12. vnius fere. In quo tpe medijs cursus latitudinis p numerationē habet ultra reuolutiones integras. 160. g. 4. m. Sit igit̄ circulus lune declivis. a. b. g. sup diametro. a. g. nodus capitisi. a. nodus caude sit. g. et. b. sit maxima declinatio huius declivis circuli ab eclyptica. arcus. a. d. sit eqlis arcui g. e. ita vt luna in eclypsi prima sit sup. d. in secunda sup. c. Itē sit. d. 3. distātia medijs loci lune a vero in prima eclypsi: et in secunda sit. e. b. Siet itaq̄ arcus 3. b. 160. g. 4. m. sed. 3. d. est. m. 59. ideo. h. d. est. 161. g. 3. m. b. e. aut̄ est. 13. m. fiet ideo. d. e. 160. g. 50. m. igit̄ residuū de semicirculo fuit. 19. g. 10. m. cui⁹ medietas. a. d. aut. g. e. fuit. 9. g. 35. m. cursus lune verus in latitudine a nodo. ergo a. 3. fuit. 10. g. 34. m. distantia lune a nodo sm cursum latitudinis medium in prima eclypsi. et. b. g. a. 3. fuit. 280. g. et. 34. m. distātia lune in latitudine sm motū eq̄lē a pūcto maxime latitudinis in partē septētrionis. Ex hoc et inter uallo inter principiū annoz Nabuchodonosaris firmata est radix hui⁹ motus. Nā mot⁹ medi⁹ in latitudine predicto interuallo: scz. 27. annis egyptijs 17. dieb. 11. horis et sexta fuit. 286. g. 19. m. quē si auferim⁹ a. 280. g. 34. m. remanēt. 354. g. 15. m. radix medi⁹ mot⁹ in latitudine cōputādo a pūcto septētrionali maxime latitudinis in principio annoz Nabuchodonosaris.

Propositio xvij.

Etantus sit medijs motus nodi cōtra successionē signorum concludere.

Qvia medijs motus in longitudine ad vnam diem minor ē medio motu latitudinis ad vna diē: ideo oportet ut hoc accidat ppter motū nodi: scz cōtra successionē signoz. Aufer itaq̄ mediū motū in lōgitudine vni⁹ diei a medio motu latitudinis vnius diei: remanēbit medijs motus capitisi draconis vnius diei: qui semp est contra signorum successionem.

Propositio xviii.

Abulam diuersitatis prime componere.

De cōsideratione sufficit pro locis lune equādis ad horā 2iūctiōis aut oppositiōis vere. Lōponif aut̄ eo ingenio: qđ habitū est in 17. et. 19. tertij hui⁹ de sole sm viā epicycli. nisi q̄ hic p:opōtio d. a. ad. a. e. hoc est lune a cētro terre ad cētrū epicycli ad linea q̄ est semidirometer tenet: q̄ est. 60. ad quinq̄ partes et quartā.

Propositio xix.

Repositionē semidiām etri epicycli ad linea znter centrū terre et cētrū epicycli inuentā esse diuersam a p:ortiōe distātiae cētri ecētrici a cētro mūdi ad semidirometer ecētrici ex errore numeratiōis Abrahais: non ex horum modorum epicycli et ecētrici diuersitate contigisse.

Quartus

Idem enim fuit via accidere iam demonstratum est in. 8. huius. Ab Achis
 autem repit fuit via eccentrici proportionem semidiagrammum eccentrici ad distatiā ceterorum
 proportionem. 3144. ad. 327. et tertia vnius. et est velut proporcio. 60. ad. 6. et quartā
 vnius. Sed fuit via epicycli dicit se inuenisse proportionem lineae a cetero mundi ad ceterum
 mundum in coniunctione aut oppositione ad semidiagrammum epicycli proportionem
 3122. ad. 347. et medietatem vnius. et est velut proporcio. 60. ad. 4. et. 45. m. Proportionem
 autem. 60. ad. 6. et quartam vnius facit angulum maxime diversitatis veri motus
 a medio in eclipsis. 5. g. 59. m. Sed proporcio. 60. ad. 4. et tres quartas facit angu-
 lum hunc. 4. g. et. 34. mi. Proportionem autem quam Ptolemy repit. scilicet. 60. ad. 5. et quartam
 vnius facit hunc angulum. 5. g. et vnius mi. Propter variationem itaque proportionem: quam in-
 uenit Ab Achis: existimauit quod via epicycli aliud diversitatis daret a diversi-
 tate quam dat via eccentrici. Sed cum illud non posset esse: necesse fuit in numeracione
 eclipsium cum errasse. Dicamus itaque eclipses tres quibus usus est in via prima. Prima
 fuit luna parua propter eclipsata annis Nabuchodonosaris. 365. diebus. 25.
 horis. 18. mi. 30. tempore differenter. sed mediocri horis. 18. mi. 15. in alexandria. in
 quo sol repertus fuisse fuit numeracione in. 28. g. 18. mi. sagittarij. Luna vero in. 28.
 g. 17. mi. g. minor. Sed mediocris motus lune tunc fuit in. 24. g. 20. mi. geminorum.
 Argumentum autem lune in. 227. g. 43. mi. Secunda fuit annis. 365. Nabuchodo.
 diebus. 203. horis. 8. mi. 15. de tempore differente. sed mediocri horis. 7. m. 50. In hac
 sol per numeracionem repertus fuisse in. 21. g. 46. mi. gemini. luna in. 21. g. 46. mi. sa-
 gitarij. Sed fuit motus mediocris luna fuit in. 23. g. 55. m. sagittarij. argumentum
 lune. 27. g. 37. mi. Tertia fuit vniuersalis in annis Nabuchodo. 366. diebus.
 15. horis. 10. mi. 10. tempore differenter. sed mediocri horis. 9. mi. 50. in quo sol per nu-
 meracionem reperitus fuisse in. 17. g. 29. mi. sagittarij. luna in. 17. gra. 29. mi. ge-
 minorum. Sed fuit mediocris motus luna in. 22. gradu. 28. mi. geminorum. Argumentum
 lunae 181. gra. 12. mi. Interuallum igitur primum fuit. 177. dies. 13. hore. 35. mi.
 temporis mediocris. et verus solis motus in eo. 173. gra. 28. mi. Interuallum
 secundum. 177. dies. hore due temporis mediocris. et verus solis motus in eo
 175. gra. 45. mi. Ab Achis autem dicit interuallum primum fuisse. 177. dies. horas
 13. et tres quartas vnius. et cursus verum solis in eo. 172. gra. 33. mi. Et inter-
 uallum secundum dicit fuisse. 177. dies. horas unam. et 40. minuta. et cursus
 solis verum in eo. 175. gra. 7. mi. Erravit igitur in tempore interualli in tercia
 vnius hore fere: et in cursu solis in tribus quintis vnius gradus fere. Usus etiam
 est tribus eclipsis alijs. Prima fuit anni Nabuchodo. 546. diebus. 345.
 horis. 7. temporis differenter. sed mediocri. 6. minuta. 30. sol per numeratio-
 nem in. 26. gra. 6. mi. virginis. et luna in. 26. gra. 7. mi. piscium. Sed fuit me-
 diocris motus luna in. 22. gradu. piscium. Argumentum lune. 13. gra. 13. mi. Secun-
 da fuit vniuersalis annis Nabuchodonosaro. 547. diebus. 158. horis. 13. et tertia
 vniuersalis temporis: Sole per numeracionem in. 26. gra. 17. mi. piscium. luna in
 26. gra. 17. mi. virginis. Sed mediocris luna motus in. 1. gradu. 7. mi. libre. Ar-
 gumentum lune. 109. gra. 28. mi. Tertia fuit etiam vniuersalis annis Na-
 buchodo. 547. diebus. 334. horis. 14. et quarta temporis differentis. sed me-
 diocri. 13. et tribus quartis vnius: Sole per numeracionem in. 15. gra.
 12. mi. virginis. Luna in. 15. gra. 13. mi. piscium. Sed mediocris luna motus in
 10. gra. 24. mi. piscium. Argumentum lune. 249. gra. 9. mi. Interuallum igitur
 primum fuit. 178. dies. 6. hore. 50. mi. temporis mediocris. Et verus motus so-
 lis in hoc. 180. gra. 11. mi. Secundum fuit. 176. dies. hore. 0. mi. 25. temporis me-
 diocris. Verus solis cursus in eo. 168. gra. 55. mi. Ab Achis autem dicit interuallum
 primum fuisse. 178. dies. horas. 6. Et cursus solis verus in eo. 180. gra. 11. mi.

Liber


Et secundum interuallum dixit fuisse. 176. dies. horam vnam: et tertiam vni^o. Et solis cursum verum in eo. 168. gradus. 33. minuta. Erravit igitur in tempore interualli in medietate: et tertia: et decima vnius hore fere. et in cursu solis in quinta et sexta vni^o partis. Ex hoc igit error puenire potuit: ut diuersas proportiones eccentricitatis ad semidiametrum ecētrici et semidiametrum epicycli: ad lineam inter centrum mundi et centrū epicycli reperirentur.

Explicit Liber Quartus Epitomatis Sequitur Quintus

Liber Quintus Instrumentis nonnullis Astronomicis motus Lune deprehensionē et in longitudine et in latitudine prosequit: Habitudinē q̄ suam in suis et partibus variā ad solem et terrā et c. cū diuersitate aspectus perspicacissime declarat.

Propositio

Prima.



Astrumentū armillarum cōponere. Due armille decentis et eiusdem magnitudinis superficerum lenium: ita primum sibi inuicem inserantur: ut vna vicem ecliptice: alia vicem coluri solstitiorū teneat. In polis egyptice: scz in coluro figant duo clauiculi rotundi equalis magnitudinis: ita q̄ exterius et interiorius promineant. His superaddemus duas alias armillas. Una quidem affixa interiori: vt super polis zodiaci voluatur in clauiculis predictis: ita vt motu facilis sua exteriori super facie contingat egyptice superficiem interiorē. Aliā affixa in eisdē clauiculis exteriori: vt super eisdē polis egyptice motu facilis in predictis clauiculis volui possit: sua interiori superficie superficiem exteriorem egyptice contingendo. Armilla aut que vicem egyptice tenet: diuisiones habeat 360. gra. horarū prout fieri potest per subdivisiones. Similiter armilla que interiorius clauiculis affixa est: que vicem circuli latitudinis lune aut stellarum tenet. 360. diuisiones graduū habeat. Huius interiori armille: q̄ latitudinem est: adaptabimus aliam armillam: que in ea moueri possit. et habeat ex opposito diametraliter duas pinnulas. Verū in idem redibit: si centro huius interioris armille aptaueris regulā cū pinnulis: et linea fiducie sicut in astrolabio sit. potest enim vicem armille supplere. id fit propter latitudines lune et stellarum accipiendas. Preterea in armilla que vicem coluri solstitiorū tenet: fm quantitatem maxime declinationis: sumes puncta a polis egyptice: quibus axes poloz mundi figendi sunt: ut super eis totum hoc instrumentum volui possit. Tandem ei sedes preparanda est: que sit armilla: exteriorius quidē quadrata: interiorius vō imobilis circularis: habens sibi clauiculos polorum mundi infixos: ut totum instrumentum fm motum primi mobilis in eis volui possit: habēs polos eleuatos fm regionis: in qua fueris: habitudi-

Quintus

nem. Et sit hec armilla vicem meridianā tenēs orthogonaliter super superficiem horizontis erecta.

Propositio .ii.

Ocū stelle in longitudine & latitudine huius instrumenti auxilio inuenire.

Situato instrumento in regione tua ut debet: q̄ armilla immobilis vicem meridiani sui suppleat: & poli instrumēti polis mundi respōdeant: dum solem & lunam ambos super terram videris: & voles locum lune in longitudine & latitudine per locum solis cognitū cognoscere. Donec armillam exteriorem volubilem in polis zodiaci super loco solis in ecliptica cognito: & volue eam fixā in loco suo cum toto instrumento versus solem: donec utraqz armilla sese obumbret: sc̄z ecliptice & exterioris transeuntis super loco solis. & sic situs ecliptice instrumenti situi in celo ecliptice respondebit. Fixo itaqz instrumento: subito armillam intrinsecam in partes diuisam volue cum regula sua aut armilla in ea mobili ad lunam: donec per foramina aut acies pinnularū lunam in celo videas: pariterqz ecliptice & exterior: armilla sese obumbret. Et tunc sectio armille interioris cum ecliptice armilla locum lune in longitudine: arcusqz armille interioris inter eclipticam & regulam pinnularum latitudinē lune ab ecliptica ostendet. Simili via per locum lune cognitum loca aliarum stellarum in longitudine & latitudine verificabis. Aduerte tamen q̄ in luna hec cōsideratio fallere potest propter diuersitatem aspectus eius: vt patebit.

Propositio .iii.



Une diuersitas secunda: quibus indicis reperta sit declarare.

Sepe instrumento armilarum locum lune Ptolemeus verificauit. Et ut diuersitatē aspectus excluderet: cum in medio celi esset obseruauit. Inuenitqz locum eius per considerationē inuentum aliquando concordem esse loco eius: quē ex superioribus numeratio dedit: aliquando discordem. Et quandoqz differentia fuit parua: quandoqz multa. Quanto aut̄ consideratio fuit vicinior: coniunctioni aut oppositioni: tanto differentia minor: quanto vicinior: q̄drature: tāto maior. Nullā etiā repit dū esset in auge epicycli aut opposito augis. s̄ maximā cōperit differētiā dū luna ab auge epicycli p̄ q̄rtā i q̄dratura ad solē distaret. Et tūc si diuersitas fuit minuēda: inuenit p̄ considerationē locū lune magis di minutū q̄z numeratio dabat. Et si fuit addenda: inuenit magis auctū q̄z numeratio exigebat. Ex his palā fuit: q̄ luna p̄eter diuersitatē primā haberet etiam diuersitatē secundā. Et q̄ talis maxima accidere potest in quadraturis eius ad solem: nullam vō in coniunctionib⁹ aut oppositionibus esse. Sic bis in mense lunari hec secunda diuersitas perficitur.

Propositio .iii.



Tius secunde diuersitatis causam reddere.

Quia itaqz in quadraturis lune ad solem maxima diuersitas veri motus lune a medio: maior est maxima diuersitate veri motus lune a medio reperta per numerationē: necesse est ut centrum epicycli lune in quadraturis vicinus sit centro mun-



Liber

di qz in coniunctione aut oppositione. Propter huius eni ad terrā accessum fit: vt anguli diuersitatis prime maiores contingent. Operet igit̄ vt centrū ad centrum terre accedat et reccdat: vt in mense lunari bis sit in maxima accessione: bisqz in maxima eius elōgatione a centro mudi. In maxima quidē accessione in quadraturis ambabus: in maxima distantia in coniunctionib⁹ et oppositionibus. Id vñ sit: si centrum orbis eccentrici moueat circa centrū mudi in contrarium successionis: ita dum centrum epicycli lune fecerit vñā revolutionem s̄m successionem signorum redeundo ad lineam medi⁹ motus solis: centrum eccentrici fecerit quoqz vnam revolutionem cōtra successionē etiam redeundo ad linea⁹ medi⁹ motus solis. Hoc enī motu addito ad priores motus quos diximus: scz motus centri epicycli in longitudine: et motum medium in latitudine: atqz motum in diuersitate epicycli: manebit apparētia superius dicta de diuersitate prima: atqz accidentia quenientia iam dictis de diuersitate secunda. Ut in figura Imaginemur circulum in superficie orbis decliviis: cuius centrum sit centrum mundi: qui sit. a. b. g. d. super centro. e. et eius semidiametro. a. e. Sit aut̄ propter exemplum aux eccentrici: centrum epicycli: et punctus circuli decliviis: maxime declinans ad septentrio nem: locus solis medi⁹: atqz principium arietis simul super linea. e. l. ita ut intelligam⁹ tres lineas mobiles: scz. e. a. e. b. e. d. iacere super linea. e. l. tanqz imobili. Dico qz in die vno mouebitur punctus circuli decliviis maxime declinans dictus s̄m motum nodi capit⁹ cōtra successionem signorum tribus minutis sc̄re: donec sit in. 29. g. 57. m. piscium: qui designantur per motū lune. e. a. separate ab. e. l. imobili. et centrum epicycli mouebitur in eodem die s̄m successionem. 13. g. 11. m. arietis. cuius motus designatur per motum lune e. b. b. separate ab. e. l. Sic motus in latitudinem ea die fiet arcus. b. a. compo situs ex motu longitudinis s̄m successionem: et motu nodi contra. 13. g. 14. m. et aux eccentrici mouebitur contra successionem quantitate residui de duplo longitudinis medie inter solem et lunam: hoc est. 11. g. 12. m. scz per arcum. l. d. Ita ut totus arcus. b. a. d. sit. 24. g. 23. m. quod est aggregatum ex arcu. b. a. motu latitudinis: et arcu. a. d. motu augis eccentrici contra successionem: et fit illud aggregatum: scz motus ~~centri~~ epicycli ab auge eccentrici equale du plo longitudinis medie inter solem et lunam: Ideoqz duplex longitudo vocatur. Sic linea medi⁹ motus solis semper media est inter centrum epicycli lune et augem eccentrici: dum centrum epicycli nō sit in auge eccentrici. Vnde accedit: vt in quadraturis medijs linee. b. e. et. e. d. sint opposite. Ideoqz luna tunc in opposito augis eccentrici: et reuertetur semper ad augem eccentrici in omni coniunctione media aut oppositione. Nam est itaqz ex hoc accidere apparentia: que huic secunde diuersitati reperte queniat. Nam cum centru epicycli fuerit in coniunctione cū sole: aut oppositione eius: nulla fit huiusmodi diuersitas secunda: sed eueniunt omnia que ad primā diuersitatē sequuntur. Ut sit eccentricus. a. b. super centro. z. et centro mundi. e. et epicyclus super auge eccentrici. a. fiet propo:ti:o. e. a. ad. a. m. que reperta est superius per tres eclipses. Angulusqz super. e. consistens: qui epicyclum continet: erit omnī minimus: qui hinc sequetur. Nam procedente centro epicycli versus oppo situm augis eccentrici: cōtinue maior:abitur ille angulus propter epicycli centri ad centrum. e. accessum: et ita apparebit angulus diuersitatis maior: pro portioqz linee inter centrum mundi et centrum epicycli ad semidiametrum epicycli minor: donec centrum epicycli sit in longitudine priori eccentrici: quod in quadraturis accedit. tūc angulus dictus est omnī maximus: et pro-



Quintus

portion dicta omnium minima. Ideoqz tunc angulus diuersitatis maximus apparet. Hinc centro epicycli versus longitudine longiorcm eccentrici procedente: propter eius a terre centro remotionem angulus dictus minorabitur et proportio dicta maiorabitur: donec in longitudinē lōgiorē eccentrici pueniat.

Propositio .v.



Ganta sit maxima secunda diuersitas patescere. In obseruatiōe huius rei tria necessaria sunt: sc̄z ut luna sit in quadratura media solis. nam tunc centrum epicycli eius est in opposito augis eccentrici. Et ut distet ab auge epicycli sui circiter quartam circuli: quia tunc est maximus angulus diuersitatis inter mediū verūqz locum lune qui fieri potest. Atqz ut sit per quartam a gradu ascidente vel prope: quia nulla tunc sit diuersitas aspectus in longitudine: que nobis impedimento esse posset. Sic enī per obseruationem verus locus eius deprehensus differret a medio loco eius per numerationem veram inuenito in maximo angulo diuersitatis qui querit. Observauit itaqz Ptolemeus locum lune in secundo annorum Antonij. 25. die mensis Chamant: qui est septimus mensis egyptiorum ante meridiem: horis. 5. et quarta vnius. Fuitqz sol visus per considerationē in. 18. g. medietate et tertia vnius aquarij. et fuit medium celi in hora considerationis. 4. g. sa gittarij: lunaqz visa est in. 9. g. et duabus tertiijs scopionis. et ille fuit verus eius locus: qd tunc non fuerit ei diuersitas aspectus in longitudine. Fuit enī tunc elongatio lune ab orbe meridici Alexandriae per horam vnam et medietatem hore circiter. Tempus aut a principio regni Nabuchodonosor. vsqz ad hanc considerationem fuit. 885. anni. 203. dies. 18. hore: medietas et quarta vnius: vtriusqz temporis: cum quo sol inuenitus est fm cursum medium. 16. g. 27. m. aquarij. sed fm verum. 18. g. 50. m. quod considerationi per instrumentum concordat. Inuenta aut est luna fm medium motū in longitudine. 17. g. 20. m. scopij. et elongatio eius media a sole circiter quartam circuli. et elongatio a longitudine longiori epicycli. 87. g. 19. m. que maximū angulum diuersitatis facere fere solet. Fuit itaqz cursus lune verus per obseruationē reputus minor: medio per numerationem inuenito. 7. g. et duabus tertiijs loco. 5. gra. que sunt angulus diuersitatis prime. Ab achis quoqz in anno. 50. tertie revolutionis annū Philippi. 16. die mensis Achit: videlicet annis a principio Nabuchodosaris. 619. egyptijs. 314. diebus. 17. horis: et medietate: et tertia vnius de tempore differete. sed de mediocri. 17. horis. medietate et quarta vidit sole p considerationē in. 8. gra. atqz medietate: et medietate sexte vnius leonis. et lunā in. 12. gradu et tertia tauri absqz sensibili diuersitate aspectus. Distātia itaqz inter lunam et solem fuit. 86. gra. 15. m. Per numerationē aut Ptolemei inuenitur sol fm medium cursum fuisse in. 10. gradu. 27. m. leonis. Et fm verum in. 8. gra. 20. m. Luna vo in longitudine fm medium in. 4. g. 25. m. tauri. Fuit itaqz longitudo media inter solem et lunam circiter quarta circuli. et distantia a longitudine longiori epicycli. 257. g. 47. m. In qua etiā fere contingit maximus angulus diuersitatis mediij motus a vero. Sic distantia inter verum locum solis et lune medium est. 93. gra. 55. m. et inter vera loca ambo: um est. 86. g. 15. m. ergo locus lune fm considerationem addit loco eius medio per numerationē inuenito. 7. g. et duas tertias vnius loco. 5. gra. duū: qui sunt angulus diuersitatis prime. Quoniam igit consideratio Ptolemei prime diuersitati diminuit. 2. g. et duas tertias vnius. Consideratio vo

Liber

Ab iachis eidem addit. 2. g. et duas tertias vnius. et in pluribus alijs considerationibus similiter conditionatis idem inuenitum est. patet hanc esse quantitatem maximam secunde diuersitatis: que fuit quesita.

Propositio vi.

Glanta sit centri eccentrici lune a centro terre distantia cognoscere.

Sit centrum epicycli in longitudine propiori eccentrici. g. centrum eccentrici. d. centrum mundi. e. linea. e. t. contingens epicyclum. b. b. 3. Ducta. t. g. querimus quantitatem. d. e. quia angulus. t. c. g. iam repertus fuit. 7. g. 40. m. et angulus. t. est rectus: ergo proportio. t. g. ad. g. e. est nota. Sed iam ex. ii. quarti huius. t. g. ad. e. a. nota fuit: ergo. g. e. ad. e. a. nota crit. Inuenit autem Ptolemeus. g. e. esse. 39. partes. 22. m. quibus. e. a. est. 60. ideoque. a. g. 99. partium et. 22. m. Fiet eius medietas scilicet. d. a. 49. partium. 41. m. ergo. d. e. fuit. 10. partiū. 19. m. quibus. e. a. est. 60. quod querebatur.

Propositio vii.



Ata elongatione ceteri epicycli ab auge maximum angulum diuersitatis veri motus a medio: qui in ea contingit videre.

Sit eccentricus. a. b. g. centrum eius. d. centrum mundi. e. t. sit centrum epicycli super. b. ita ut angulus. a. e. b. sit datus. Ductis lineis. e. t. contingentibus epicyclum et. t. b. querimus angulum t. e. b. Ducatur. d. b. item. d. p. perpendicularis super. e. b. quia itaque notus est angulus. a. e. b. nota erit propositio. d. e. ad. e. p. et. p. d. ex. d. b. itaque et. d. p. notis: nota fiet. b. p. hinc tota. b. e. Sic ex. e. b. et. b. t. notis: noscetur angulus. b. et qui querebatur.

Propositio viii.

Gla re indicatum sit: quod diameter epicycli lune transversus per auge epicycli medium et eius oppositum respiciat punctum oppositum cetero eccentrici tantum a centro terre distantem quantum ab eodem centro terre centrum eccentrici disliterit.



Frequentauit enim Ptolemeus considerationes suas per instrumentum in obscurando loca lune in reliquis elongationibus lune a sole: scilicet cum centrum epicycli extra auge eccentrici et eius oppositum fuit: et cum centrum epicycli fuit in medietate ab auge eccentrici versus oppositum augis eius: et luna in auge epicycli: inuenit locum lune per considerationem diminutum a loco per numerationem inuenito. Sed luna tunc in opposito augis epicycli existente inuenit locum considerationis auctum super loco numerationis. In reliquo autem medietate eccentrici centro epicycli existente: lunaque in auge epicycli: inuenit locum per considerationem maiorem loco numerationis. Sed luna tunc in opposito augis epicycli existente: inuenit locum considerationis minorum loco numerationis. **A**dixim autem in his diuersitatibus reperit: luna existente in sextilitate aut triplicitate ad solem: atque in auge epicycli aut opposito eius. Sed luna existente in transitibus mediis epicycli: scilicet ubi maximus anguli diuersitatum argumenti contingunt: nullam diuersitatem in his reperit. Hacigit



Quintus

re significatū fuit ei: q̄ diameter epicycli trāsiens p̄ augē medianam epicycli & op̄
 positū eius: nō semp̄ recte respiciat cētrū mūdi: sed pūctū aliud oppositū ei. Ad
 probandū aut̄ quāte distātia eēt ille pūctus oppositus a centro terre: assump̄it
 duas obseruationes Abrachis ad hoc. In quarū p̄imā fuit luna prope sextili-
 tam solis: & prope oppositū augis epicycli sui. fuitq̄ obseruatio in Rhodo in
 anno a morte Alexandri. 197. u. die mensis formiche octauī egyptior̄: in p̄in-
 cipio temporalis hore secūde diei vidi solem in. 7. gra. medietate & q̄rta tauri:
 lunā in. 21. ḡ. & duabus tertijs pisciū p̄ aspectū. sed diuersitate aspectus remota
 in. 21. ḡ. tertia & octaua vnius gra. pisciū. ergo distātia a vero solis in verū lune
 fuit. 313. gra. 42. m̄. fere. Principiū aut̄ hore secūde tpalis distabat a meridie. g.
 horis & duab̄ tertijs vnius eq̄lib̄. Ideoq̄ a p̄ncipio annoz Nabuchodo. ad
 horā hui⁹ cōsiderationis fuerūt. 620. anni egyptij. 219. dies. 18. hore & tertia tpis
 differētis. sed mediocris. 18. hore m̄. p̄ cuius numerationē cursus solis medijs
 fuit. 6. ḡ. 41. m̄. tauri: verus. 7. gra. 45. mi. Medius lune. 22. ḡ. 13. m̄. pisciū. & elō
 gatio eius ab auge media epicycli. 185. ḡ. 30. m̄. distantia medijs loci lune a vero
 solis 314. ḡ. 28. m̄. Sit igif ecētricus lune. a. b. g. sup cētro. d. & diametro. a. d. g.
 centrū orbis signorū. e. epicyclus. z. h. t. sup centrū. b. & quia media solis & lune
 est. 315. ḡ. 32. m̄. duplata facit. 271. ḡ. 4. m̄. distātia centri epicycli ab auge sūc
 cessionē. Igitur angulus. a. e. b. fuit. 88. ḡ. 56. m̄. Sup. e. b. sit perpendicularis
 d. k. p̄ opter angulū. d. e. k. notū: nota erit prop̄ortio. e. d. ad. d. k. et. k. e. ideo in
 partib̄ quibus. e. d. est. 10. partes. 19. m̄. d. k. et. k. e. note fūnt. Sed in eisdē iam
 semidiameter eccentrici. t. b. nota fuit: quia. 49. partes. & 41. m̄. ideo nota erit. b
 k. hinc. b. e. Et quia elongatio medijs loci lune a vero solis fuit. 313. ḡ. 42. m̄. horū dis-
 ferētia est. 46. m̄. quibus elongatio medijs lune a vero solis maior est. Sed. e. b.
 est linea medijs loci lune. ideo sit angulus. b. e. b. 46. m̄. fiet igitur locus lune cō-
 sideratus sup. b. iuxta oppositū augis epicycli. t. co q̄ elongatio eius ab auge me-
 dia epicycli sit. 185. ḡ. 30. mi. sup. e. b. sit. b. l. perpendicularis. ductaq̄z. b. h. ppter
 angulū. b. e. l. notū: nota erit prop̄ortio. e. b. ad. b. l. Sed iam nota fuit prop̄ortio
 e. b. ad semidiametru epicycli: dum semidiameter est. 5. partes. 15. mi. nota fiet
 igif prop̄ortio. b. b. ad. b. l. ideo angulus. b. h. l. notū: q̄re & reliquias intrinsecas: scz
 t. b. h. datus: cuius quātitas est arcus. t. b. q̄ rept̄ fuit. 6. ḡ. 21. m̄. scz distātia lune
 ab opposito augis vere epicycli. Sed quia distātia ei⁹ ab auge media epicycli
 fuit. 185. ḡ. 30. m̄. oportet igit̄ vt luna sit ultra oppositū augis medie. 5. ḡ. 30. mi.
 Sit itaq̄z oppositū augis medie epicycli pūct⁹. m̄. & sup. b. m̄. n. ducta sit pp̄edi-
 cularis. e. s. Erit itaq̄z angulus. c. b. s. u. ḡ. 51. m̄. ideo prop̄ortio. b. e. ad. e. s. nota.
 et ex angulo extrinseco. a. e. b. notus fiet reliquias intrinsecas. e. n. b. ex quo nota
 fiet prop̄ortio. n. e. ad. e. s. q̄re. b. e. ad. e. n. prop̄ortio dabif. rept̄a igif est. e. n. partiū
 10. 18. mi. quibus. e. a. est. 60. & in eisdem. d. e. fuit. 10. partium. 19. mi. quare con-
 stat punctū quod respicit ipsa diameter epicycli trāsiens p̄ augē mediā epicycli
 & oppositū eius tantū distare a cētro terre quātū centrū ecētrici ab eodē distat.
 Secūda consideratio Abrachis fuit eodē anno: scz. 197. a morte Alexandri in
 Rhodo die. 17. mēsis Teguz decimi egyptior̄. 9. horis & tertia diei transactis.
 Vidiq̄z solē in. 11. ḡ. cācri min⁹. 10. vni⁹ lunā in. 29. gra. leonis sine diuersitate
 aspectus. ergo distātia visi loci lune a vero solis fuit. 48. gra. 6. mi. Nouem aut̄
 hore tpales & tertia vni⁹ tūc fuerūt post meridiē. 4. horis equalib⁹. Interuallū
 igif a principio Nabucobo. fuit. 620. anni egyptij. 286. dies. 4. hore tpis differē-
 tis. scz mediocris hore tres & due tertie vni⁹. p̄ hoc solis cursus medi⁹ numerat⁹
 est. 12. gra. 5. mi. cancri. verus. 10. gra. mi. 40. Locus lune medi⁹. 27. gra. 20. m̄.
 leonis. Distātia itaq̄z medijs lune a vero solis fuit. 46. gra. 40. mi. & longitudo

*Prīa
obseruatio.*



f

Liber

lune ab auge media epicycli. 333. gra. 13. mi. **C**Describat ergo finis hec eccentrici
 lune. a. b. g. sup cetro. d. et diametro. a. d. g. in quo centrū terre sit. e. et epicyclus
 3. h. t. sup cetro. b. ductis lineis. d. b. et. e. t. b. 3. Longitudo vero medij lune a me-
 dio solis duplicata fecit 90. gra. 30. mi. tatus erit angulus. a. e. b. ducaturqz. d. k
 perpendicularis sup. b. e. angulus residuus de duob⁹ rectis: scz. d. c. k. notus erit.
 ex hoc proportiones. e. d. ad lineas. d. k. et. k. e. note sient. ergo in partib⁹ quib⁹
 d. c. est. 10. et. 19. mi. note sient ipse linee. et in eis. d. b. semidiameter eccentrici iam
 fuit. 49. partiū. 41. m. ex his nota fiet. b. e. **E**t quia distatia veri loci lune a vero
 solis p consideratione fuit. 48. gra. 6. mi. sed distatia loci lune medij a vero solis
 p numeratione fuit. 46. partiū. 40. mi. ergo verus motus maior est medio in.
 gra. 26. mi. Sed linea. e. b. est medij motus. ideo sit angulus. b. e. 1. gra. 26. m.
 erit. b. prope augē epicycli locus lune in epicyclo. Ductis itaqz. b. h. et linea. b. l.
 perpendiculari sup. e. h. nota erit pportio. e. b. ad. b. l. Sz et nota fuit. e. b. ad. b. h.
 qre. b. h. ad. b. l. pportio nota. ideo angulus. b. h. l. notus. Sed extrinsec⁹. 3. b. h
 equalis est duob⁹. b. h. l. et. b. e. l. ideo notus. ideo arcus. 3. b. scz distatia lune ab
 auge vera epicycli nota. et fuit. 14. gra. 43. mi. Sed distatia lune ab auge epicy-
 cli media fuit 2tra motū in epicyclo. 26. gra. 48. m. scz residuum ultra. 333. gra. 12
 mi. Sit itaqz. m. aux epicycli media: ficit. m. 3. scz distatia augis medie a vera. 12
 gra. 5. mi. ducta aut. e. s. perpendiculari sup. b. n. ex angulo. e. b. s. nota: nota fiet
 pportio. b. e. ad. e. s. Itē ex angulo. e. b. s. et extrinsecō. a. e. b. notus erit alter in-
 trinsecus. e. n. s. quare. n. e. ad. e. s. pportio nota. fiet igif. b. e. ad. e. n. p: op: o: p: o:
 data. et ita reperta est. e. n. 10. partiū. 20. m. qliū. e. a. est. 60. qre verū ostensum est
 q: centrū mudi mediet p eqdistatia inter centrū eccentrici et puctū extremū quod
 diameter epicycli trāiens p longitudinē longiorē et p: opiorē epicycli respicit.




Propositio. ix.

Ata elongatione cētri epicycli ab auge eccentrici: quan-
 tus sit arcus epicycli inter vtrāqz eius augē cōperire.
CSit in figura precedēti angulus. a. e. b. datus. querim⁹ ex hoc
 arcu epicycli. m. 3. ductis. d. k. et. n. s. perpendiculrib⁹ super. e. b.
 ppter datū angulū erit angulus. d. e. k. notus. ideo pportio. d. e.
 ad. e. k. et. k. d. nota. sic ex. b. 7. d. k. nota erit. b. k. a. q ablata. k. s. q
 est dupla. k. e. nota erit. b. s. **S**ed. s. n. e: q: lis est. d. k. ideo ex. b. s. et. s. n. nota fiet
 b. n. Ideoqz angulus. n. b. s. notus: cui opponit arcus. m. 3. quesit⁹. Hac via fa-
 cta est eqtio cētri in luna. p cui⁹ additione ad argumentū mediū: dū centrū epi-
 cycli fuerit in medietate eccentrici. a. b. g. aut eius subtractione ab eadē in altera
 medietate qsurgit distatia lune ab auge vera epicycli: q: vocat argumētu verū.

Propositio. x.

Altis medijs motib⁹ lune in longitudine et diversitate
 et distatia media ei⁹ a sole verū locū ei⁹ demonstrare.

CSit in figura locus lune. e. b. datus. distantiaqz media lune a
 sole duplicata sit angulus. a. e. b. datus. Itē arcus epicycli. m. h.
 datus. ex his querim⁹ locū quē ostēdit linea. e. h. p p: emissā nota
 erit linea. e. b. in partib⁹ quib⁹. b. b. data est. itē arcus. m. 3. qre ar-
 cus. 3. b. cognitus erit. ideo pportio. b. l. ad. h. l. data. silr. b. b. et. l. b. qre nota fiet
 e. l. ex qz. l. b. cognoscet. e. h. hinc angulus. b. e. l. ergo locus quē ostēdit. e. h. da-
 bit. Ex hac trahit quō facte sint eqtiones argumētoꝝ veroꝝ ad augē eccentrici
 atqz oppositū eius. tamen. e. a. et. e. g. sumēdo loco. e. b. quocūqz fieri possint ad
 quemlibet situm centri epicycli in eccentrico.



Quintus

Propositio xi.

Abulas equationum lune complere..




Cer. 9. hui^o pfectas hēb eq̄t̄ōes cétri. iō q̄re eq̄t̄ōes argu. luna ī p̄iūctiōe media v̄l oppōne cū sole: ex eadē eq̄t̄ōes argu. lune cétro epicycli ex̄n̄te ī opposito augis ecētrici: n̄si q̄ iā p̄pōt̄io lune a cétro terre ad cétrū epicycli ad linea q̄ ē semidiamef epicycli sit vt. 60. ad. 8. hinc diuersitas circuli b̄:cūs diametri nota. Restat itaqz tñ mi. p̄portiō alia facē: q̄ sic fiūt. **D**iuinas p. 7. hui^o maximā eq̄t̄ōne argu. p̄ singulos ḡ. cétri seu duplicitis distātie ad semicirculū. et differētiā horū q̄ p̄tingūt ī auge et opposito augis ecētrici ɔst̄tue. 60. m. et f̄m p̄portionē hāc efficias reliq̄s dñias: sc̄z earū q̄ p̄tingūt ī auge ecētrici et alijs locis mi. et factū ē. **V**t ī exēplo sit distātia duplex. 120. ḡ. rep̄ef e. b. 43. p̄tes. 43. m. f̄m q̄ntitatē q̄ semidiamef ecētrici ē 49. p̄tes et 41. m. ideo angul^o. b. e. m. maxie diuersitatis tūc est. 6. ḡ. 54. m. s̄z diuersitas maria ī auge ecētrici fuit. 5. ḡ. 1. m. et in opposito augis fuit. 7. ḡ. 40. m. Dñia ḡ ei^o q̄ ī auge fit et ī opposito augis est. 2. ḡ. 39. m. S̄z dñia ei^o q̄ fit ī auge et q̄ ī distātia ab auge. 120. ē. 1. ḡ. 53. m. Q̄n itaqz. 2. ḡ. 39. m. fūt. 60. m. tūc. 1. ḡ. 53. m. fūt. 42. m. et 36. secun.

Propositio. xii.

quationē argumēti dati hora v̄e applicatiōis luiariū parū differre ab eq̄t̄ōne eiusdē hora medie applica.

Possibile enī ē: vt distātia v̄e p̄iūctiōis aut oppōnis a media sit hora. 14. fere. qđ accidit cū in hora medie applicatiōis luiariū hēat maximā diuersitatē veri mot⁹ sui a medio: et diuersitas vni⁹ sit addēda: et alteri⁹ diminuēda. ita vt distātia iñfmedia loci amboz fiat. 7. ḡ. 24. m. sc̄z aggregatū ex maria diuersitate lunē et ī tali vera applicatiōe òz distātia cétri epicycli lunc ab auge ecētrici eē. 14. ḡ. 48. m. p̄pf hoc erit dñia inf eq̄t̄ōes eiusdē argu. q̄ fiūt ī hoc situ cétri epicycli et ī auge ecētrici. **L**al aut dñia maria est luna ex̄n̄te in lōgitudinib⁹ medijs epicycli: sc̄z ī linea p̄tingēte epicyclū. hec tñ dñia. 2. m. nō trāscēdit. **S**it enī angul^o. a. e. b. 14. ḡ. 48. m. et b. cétrū epicycli. p̄tingēs epicyclū sit. e. t. erit. b. t. ducta pp̄edicularis sup. e. t. sitqz d. m. pp̄edicularis sup. b. e. ex angulo. d. e. m. dato nota erit p̄pōt̄io. d. e. ad. e. m et. m. d. et ex. b. d. et. d. m. nota fiet. b. m. hinc tota. b. e. ex. e. b. et. b. t. not⁹ erit angul^o. b. e. t. quē Ptol. iuenit. 5. ḡ. 3. m. s̄z ex̄n̄te cétro epicycli ī auge ecētrici rept̄ ē 5. ḡ. 1. m. est igif horz dñia. 2. m. tñ. qđ est p̄positū. **P**reterea cū luna ī p̄iūctiōe vera aut oppōne fuerit ī auge epicycli aut opposito augis medie: possibile ē q̄ distātia loci medijs sol⁹ a medio lune sit fere maria diuersitas sol⁹: q̄ est. 2. ḡ. 23. m. distabit ḡ tūc cétrū epicycli ab auge ecētrici. 4. ḡ. 46. m. fere. **S**it itaqz luna sup oppositu augis epicycli medie. ducris. l. m. et. 3. s. perpendicularib⁹ sup. e. b. vt antea. ex angulo. d. e. m. nota fiet. b. e. et. d. m. et. n. e. sunt eq̄les. 3. s. et. s. e. ḡ ex b. z. et. 3. s. nota fiet. b. ḡ. ideo angul^o. 3. b. s. not⁹. s̄z b. ḡ. ad. 3. s. sic. b. l. ad. l. m. itē b. ḡ. ad. b. l. sic. b. ḡ. ad. b. m. video. l. m. et. b. m. note erūt ī ptib⁹ quib⁹ b. e. nota fuit ex. l. m. et. m. e. nota fuit. e. l. ideoqz angul^o. l. e. m. q̄ repr̄a p̄tol. 4. m. erit igif tūc in applicatiōe vera distātia veri loci lune a medio. 4. m. q̄ in applicatiōe medij nulla fūiss^z. Iduiscomodi aut dñiaz Ptol. nibili fecit: nō q̄: difficultēt ī his vita tis iuētio: s̄z q̄: parū sensibil erroris ea neglecta inducē potest. Nā ad maximū hec. 4. m. neglecta ad octauā vni⁹ horz trāsire p̄nt. S̄z sepe huiusmodi in edy psib⁹ erro: dephēdīf: q̄ euēnit tū ppter diuersitatē aspect⁹ lune in obseruatōib⁹ obmissa: tū ppter ei⁹ mot⁹ variabilitatē. et p̄ instra nō satis certe v̄ificata. Aduer tēdū tñ si sp̄ argu. medio v̄sus fueris ī applicatiōib⁹ p̄ eq̄to: possibile ē vt aliquā in maiore errorē icidas: velut si ī applicatiōe v̄a eq̄t̄ō lune eēt. 3. ḡ. minuēda a medio motu lune. et sol⁹ eēt. 2. ḡ. addēda medio ei⁹: in tali distātia cétri epicycli ab auge ecētrici fieret. 10. ḡ. Ex angulo itaqz. a. e. b. 10. ḡ. iuenies arcū. k. b. ḡ. 1. et

f 2



semisferesue facēs op̄p lineas: siue p̄ tabulas. et ex angulo. b.e.r.3. ḡ. iuenies arcū. k.t. 40. ḡ. fere. ideoq; arc̄. b.t. argumēti medijs fiet. 38. ḡ. et semis ferē. cū q̄ tanq; argu. eq̄to siq̄ris eq̄tionē: iuenies. 2. ḡ. 54. m̄. loco triū ḡ. iā fieret i mi. 6. q̄ q̄si q̄ntā vni⁹ hōre faciunt.

Propositio xij.

Regulas Ptolemei fabricare.

Rtres regulas planas sufficiētū palellogramaz lōgitudis. 4. cubitor̄: grossitudinis sufficiētis: vt sine tortura manere possint iuenias. in dimidio latitudis cuiusq; recta linea ducat: q̄s qdē lineas p̄ntes in margine signabo. a.b.a.d.c.d.e. et earum fortior. a b. atq; grossior basi. f.g. eq̄distati hōri:zōti ifigat pp̄dicularis: ita vt i foramie. b. circumuolui possit. In alia vo:q̄ sit. a.d. due p̄me p̄tineat cū for: minib⁹ more regule in astrolabio. Sint vo. a.b. et. a.d. p̄iuncte sibi iā: ita vt. a.d. volui possit sup̄ axe i.a. fixo p̄ modū eruris i circino. et lōgitudini. a.d. eql̄ sit lōgitudo. a.c. Lōgitudo vo regule tertie sc̄z. c.d.e. sit eql̄ lateri q̄drati. iscriptib⁹ circulo: cui⁹ semidiamef ē. a.d. sitq; c.d.e. p̄iuncta regule. a.b.i.c. ita vt. c.d.e. volui sup̄ axe possit in. c. fixo. et sit regule. c.e. portio. e.d. eql̄ linee. a.c. diuisa in. 60. p̄tes eq̄les. de quib⁹ habebit tota. c.e. 84. et. si. m̄. Regula aut. c.e. sit cauata usq; ad lineā. c.e. ita vt extremitas regule ad eq̄itatē possit sup̄ linea. c.e. linea aut. a. b. orthogonalē esse ad superficiē hōri:zōtis pbabitq; pp̄diculari officiū factū esse.

Propositio xiiij.

Atitudinem lune maximam elicere.


Ptos. i alexādria: cui⁹ latitudo ab eq̄noctiali dī. 30. ḡ. 58. m̄. obseruauit lunā cū regul̄ dū eēt i p̄ncipio cācri in extremo sue latitudinis v̄sus septētrionē. iuenitq; distatiā lune a polo hori:zōtis. 2. ḡ. et octaua vni⁹ p̄ obsuationē cū regul̄. nā eleuauit regulā. d.a.cū p̄nus donec vidit p̄ foramē p̄nulaz lunā. et fini. d. adhibuit linea. c.e. et p̄ chordā. c.d. repit arcū. 2. ḡ. et octaua vni⁹. Et q̄ tā p̄uā distatiā habuit a zenithb: et fuit pol̄ eclyptice tūc in superficie meridici: q̄ erat circul⁹ altitudis. siq̄ fuit diuersitas aspect⁹ lune i circulo altitudis: ip̄a fuit isensibil⁹. Ideoq; si. 2. ḡ. et octaua a. 30. ḡ. 58. m̄. demāt: remanēt. 28. ḡ. 51. m̄. et mediū. q̄ excedūt maximā declinationē: sc̄z 23. ḡ. 51. m̄. et tertia vni⁹ in qnq; ḡ. fere. q̄re p̄clusit latitudinē lune maximā ē. c. gra. Cognita maria latitudine lune: p̄ ea siēt latitudines alic ad quācūq; distatiā ei⁹ a nodo datā p̄ viā q̄ in p̄ma hui⁹ p̄fecte sūt tabule declinatiōis eclyptice.

Propositio xv.

Iuersitatē aspect⁹ lune i circulo altitudis cludere.

melius: differentiam eorum simpliciter dividatur per suppositionem veram lune in hora: et tempus quod
secundum pueniet: est distatia inter veram et medianam applicationem. Sequeatur autem vera me-
diana: si locus solis processit locum lunc. Si vero locum lune processit sole: tunc per dictum tempus
ex divisione puenies: secuta fuit media vera. hinc motus solis in hora ductus in
tempus distatiae inter veram et medianam applicationem: producit verum motum solis in dicto
tempore: per quem nosceret locus applicationis vere. Verum quia id opus aliquantum non sufficiat: licet sit potest
verum: ideoque oportebit equare ad hoc tempus sic inuentum

Liber

loca luminariū secundario. et si reperieret conco:dia:satis. Si visco:dia:opus est iterū more priori tempus verum elicere.

Propositio vi.



Elabus eclypsibus quibus luna fuit prope longitudinem propiorē epicycli: semidiametros vmbre et lune elicere.

Prima fuit in octauo annoz Naboth: qui fuit a principio annoz Nabuchodonosaris annus quingentesimus septuagesimus quartus transactis. 27. diebus mensis phument: qui est septim⁹ egyptior⁹: cui⁹ mane fuit dies. 28. et fuit a principio hore octauae ad finē hore decime. plurim⁹ partis eclypsate a parte septētrionis fuit. 7. digitis. Tempus mediū fuit post medī noctis duabus ho:is tpalib⁹ et medietate. et sol in. 7. ḡ. tauri. Tempus a principio annoz Nabuchodo. fuit. 573. anni. 206. dies. 14. hore et tercia vni⁹ tpis differētis. s̄ medij fuit. 14. hore tm̄ vsq; ad mediū hui⁹ eclypsis. Locus lune mediū. 7. gra. 49. m̄. scō:pij. verus. 6. ḡ. 19. m̄. eiusdē. argumētū. 160. ḡ. 40. m̄. et argumentū latitudinis a punto maxime septētrionali. 98. partes 20. mi. Secunda fuit anno. 607. annorum Nabuc̄ho. diebus mensis Tobi trāsactis duobus: cui⁹ mane fuit dies tertius ante medium noctis hora vna ecli: medietate et tercia. et eclypsatū a parte meridi: fuit. 3. digitis: sole in. 5. gra. et octaua vni⁹ partis aq̄ri. Tps a principio anno:ū Nabuc̄ho. 606. anni egypti: dies. 91. hore. 10. et sexta hore vtriusq; tpis. Luna fm̄ mediū motū in. 5. gra. 15. m̄. leonis. fm̄ verum. 5. gra. 8. m̄. eiusdē. Argumentū. 178. ḡ. 46. m̄. Argumentū latitudinis a pucto maxime septētrionali. 80. gra. 36. m̄. Quia itaq; distantia lune a nodo in prima eclypsi fuit. 8. gra. 20. mi. fuit latitudo meridionalis. 43. mi. 3. secun. Et in secūda distātia a nodo fuit. 10. gra. et tres q̄nta. fuit latitudo meridiana. 54. mi. medietas et tercia. Differentia autem partium eclypsatarum fuit tercia diametri lune. Et differētia latitudinū. 11. mi. 47. secun. necesse est igitur ut tota diameter lune fuit. 35. mi. et tercia. hui⁹ vqrta est. 8. mi. medietas et tercia: sc̄ pars eclypsata in secūda eclypsi equalis parti diametri ab extremitate vmbre ad centrum lune. Ea ablata a latitudine lune in secūda eclypsi: manebūt. 46. mi. semidiametri vmbre in loco trāitus lune dū luna fuerit prope oppositū augis epicycli. Sic iterū reperta est eadē pportio semidiametri lune ad semidiametrū vmbre q̄ superi⁹: et ita fit manuit ēā. Quidā semidiametros lune et vmbre in applicatioib⁹ Luna inter augē epicycli et oppositū eius existēte: ex his q̄ in augē et opposito repte sunt sic inueniūt. Sit epicyclus. a. b. g. super centro. d. in applicationib⁹. a. quidē aug. b. oppositū augis. e. cētrū mūdi. sitq; luna in. g. semidiameter lune in. a. est minima. in. b. maxima q̄ potest ēē in applicationib⁹. et differētia ex dictis nota est: q̄ sit. l. m̄. g. 3. sit sui⁹ argumēti. a. g. erit igit. g. 3. sui⁹ notus. et sit. 3. a. sui⁹ v̄sus. s̄. a. b. est notarū partiū: quib⁹. d. e. est. 60. igit in eisdē. a. 3. g. 3. j. d. note fient: igit. e. 3. nota. binc. e. g. nota: que sit eq̄lis. c. b. q̄re. a. h. data. Sine sensibili autē differentia proportio. b. a. ad. a. h. est vt. l. m̄. ad augmentū: quo semidiameter lunc existentis in. g. excedit semidiametrū eius existētis in. a. quare illud augmentū notum erit. binc semidiameter vmbre nota fiet. Letitor tamen via hec reperiendi in. 22. quinti data est. Ostensis igitur quantitatibus semidiametroz lune et vmbre in maxima accessione ad terrā tempore eclypsis: prefiniuntur termini eclypsium; vt sequitur.



Sextus

Propositio viij.


Erminos eclipsis solarium prefinire.

Ex premissa patet semidiametrū lune maximā in eclipsib⁹ esse. 17. mi. 40. secun. Semidiameter aut̄ solis ex superioribus habetur. 15. mi. 40. secun. que licet propter eccentricitatem solis variabilis sit: id tamen non curatur: quod fere sit insensibile. In contactu itaqz eclipsis solaris distantia inter ambo centra luminariū sit. 33. mi. 20. secun. Diversitatis aut̄ aspectus in latitudine maxima que esse potest in omnibus climatibus septem cōmūniter positis: versus meridiē quidē est. 58. m. et tunc diuersitas aspectus in longitudine maior: que esse potest: est. 15. mi. Sed versus septentrionem est. 8. mi. et tunc diuersitas aspectus in longitudine est. 30. mi. Sed etiam plurimū differētie quod cadere potest inter locum verum applicationis vere: et locum medium applicationis medie est. 3. gra. quod habetur si maxime equationes luminariū iungantur: et totius tredecima pars accipiatur: et huius etiam tredecima pars: propterea quod dum luna perambulat aggregatum maximarum equationū: sol interea tredecimā huius perambulat. Et dum luna hanc tredecimā secat: sol quoqz interea per tredecimā huius moueat. Quod itaqz sol secat in tempore quo luna aggregatum maximarū equationū transit: est. 12. pars fere huius aggregati: que duodecima si iuncta fuerit cum maxima equatione solis: proueniet quod plurimū intercidere potest inter locum medium medie applicationis et locum verū vere applicationis. Idqz fm numerationē Ptoleuci est. 3. g. et illud fere equale est differētie inter argumentū latitudinis mediū in hora medie applicationis: et argumentum latitudinis verum in hora vere applicationis. non enī differt hec ab illa: nisi in motu capitū in hoc tempore. Sit igitur ecliptica. a. b. deferens. b. d. et sit. d. locus lune verus: visus aut̄ in coniunctione visibili sit. e. et arcus a. e. g. orthogonalis super eclipticam. a. locus solis. erit igitur e. locus lune visus in deferente. a. 3. semidiameter solis. e. 3. semidiametrū lune. sitqz. d. e. diuersitas aspect⁹ in circulo altitudinis. erit. d. g. fere diuersitas aspectus in longitudine. e. g. in latitudine. Dum igitur diuersitas aspectus in latitudine fuerit ad partem meridie: quod semper continuit dum luna a polo horizontis versus meridiē fuerit: erit. e. g. 58. mi. a. 3. e. aut̄ est. 33. mi. 20. secun. Sic fiet a. g. 1. gra. 31. mi. 20. secun. Proportio aut̄ a. g ad. g. b. prope est sicut. 1. ad. ii. et semis. quod patet ex maxima lune latitudine: et via que data superius est declinationis ecliptice et latitudinis lune tabulandi. Fiet igitur arcus. b. g. 1. gra. 30. mi. fere. Sed cum. g. sit locus visibilis coniunctionis. Ponamus veram adhuc futurā. Dum igitur luna transit arcū. g. d. qui est. 15. mi. sol interea transit duodecimā huius: que duodecima sit. g. k. erit itaqz. k. locus vere coniunctionis. sic arcus. b. k. erit. 17. gra. 31. mi. fere. Ponamus quoqz quod media coniunctio etiā adhuc futura sit. Sed inter locum verū vere et mediū locum medie: ut superius tactū est: cadere possunt 3. gra. Centrū igitur epicycli in media coniunctione distabit a nōdo. 20. gra. et medio fere. Sed dum. e. g. diuersitas aspectus in latitudine fuerit versus septentrionē maxima scz. 8. mi. luna tamen in latitudine meridiana existēte ita intellige. b. g. portionem deferentis ab ecliptica meridianam: erit. a. g. 41. mi. Ninc. b. g. fm proportionem dictam erit prope. 7. gra. 52. mi. g. d. vō 30. cui⁹ duodecima est. 3. mi. fere. Sic. k. b. erit. 7. gra. 55. mi. cui. k. b. scz. 3. g.

*Margina diuersitas
sp. 79 fol 3 marginem*

*Margina diuersitas
sp. 79 fol 3 marginem*

*erit diuersitas solis 28 23 et diuersitas
lune maxia. 58. i. om̄is 78 24. 93 13 76
est 34. poterit qd p̄t credit luna. et gaudiū 34.
item ampietate 13. 26 9 est fere 3. et addat
poterit 37. qd sunt in 78 24. 12 23 pars fere.
et poterit gaudiū 37 addat diuersitati solis 13
28 23. sunt tres gaudiū.*



Liber

Contra eclipsis adiunxit
 additi faciunt. 10.gra. 55.mi. fere. Ptolemeus tamen addidit illos tres gra. super aggregato ex distantia visi loci lune in visibili coniunctione et diversitate aspectus in longitudine. Sed ipsi sint differentia maxima inter mediu locum medie coniunctionis et verum vere coniunctionis locum. Oportet ut addant ad distantiam veri loci lune in hora vere coniunctiones: ut exeat distantia centri epicycli lune a nodo in hora medie coniunctionis: qua possibile est ut luna solem contingat secundum visum. Ideo termini ecliptici sui paulomiores sunt. Habet igitur per omnia septem climata terminos eclipticos solares hos: videlicet medium argumentum latitudinis meridiane a nodo 10.gra. 55.mi. et argumentum latitudinis septentrionalis a nodo 20.gra. et medium fere. Extra autem hos terminos non est possibilitas ecclipsis solaris in dictis climatibus. sed in media coniunctione centro epicycli lune existente: intra dictos terminos possibilis est solis ecclipsis. Albategni autem quia alias semidiametroz qualitates: seu equationum maximarum ponit: dicit terminos hos in meridie quidem. 10.gra. 40.mi. in septentrione. 20.gra. 12.mi.

Propositio viii.

unarum ecclipsis terminos assignare.



Sit a.b. ecliptica. b.g. declivis circulus lune. sitqz. a. centrū vmbre. g. vero centrum lune: dum circuli vmbre et lune visuales maximi se primū contingant in. 3. erit. g. 3. 17. mi. 40. secun. et 3. a. 45. mi. 56. secun. quare. a. g. fiet unus gra. 3. mi. 36. secunda. Ideoqz secundum proportionem dictam. g. b. fiet fere. 12. gra. 12. mi. Si itaqz media oppositio sequatur veram per maximam distantiam possibilem addendi sunt gra. 3. de quibus dictum est. et fiet. 15. gra. 12. mi. maxima distantia centri epicycli lune a nodo in oppositione: qua luna contingit circulum vmbre sine ecclipsi: extra hunc terminū non est possibile lunā ecclipsari. Albategni tamen dicit terminū esse. 14. gra. 45. mi.

Propositio ix.

Olem aut lunā in sex mensibus bis ecclipsim pati est possibile.

Intelligamus. a.b.g.d. circulus lune declinē: qui secet eclipticam in nodis. a. et. g. capitib. et caude. et medietas septentrionalis sit. a.b.g. meridionalis. g.d.a. termini ecliptici a parte septentrionali sint. e.f.a. parte meridiana sint. k.l. erunt itaqz a.e. et. f.g. in solaribus uterqz. 20.gra. et medij. sed. g.l. et. a.k. 10.gra. 55.mi. quare arcus. e.b.f. continet. 139.gra. **M**edius autem motus argumēti latitudinis in sex mensibus lunaris equalibus habet. 184.gra. et minutum unum integris revolutionib. semotis. quod motus argumēti latitudinis in sex mēbris maior est arcu. e.b.f. et minor arcu. f.d.e. **P**ossibile est igitur si nūc motus latitudinis sit in termino ecliptice: quod post sex mēses iterum cadat in terminū eclipticū: soleqz in sex mensibus bis ecclipsari. Itē in lunaris ecclipsibus sicut arcus terminorū. 15.gra. 12.mi. quare tam. e.b.f. qz. l.d.k. fiet. 149.gra. 36.mi. Erit igitur motus argumēti latitudinis dictus utroqz horum maior: minor tñ arcu. k.b.l. aut. f.d.e. **P**atebit itaqz verū esse quod dicit propositio.

Propositio x.



Sextus


In quinque mensibus bis eclipsari est possibile. Cuique id acciderit: necesse est: ut ambabus eclypticis versus eandem partem porrigant tenebre.

Cum enim vt in his quinque mensibus sol vadat a longitudine media sui eccentrici per propiorem versus alteram longitudinem medianam. Eritque tunc motus solis velox. Luna aut in epicyclo vltra integras revolutiones perficiat motum per partem epicycli superiori: vbi tarda cursu existit. Fient igitur bi quinque menses maiiores: in quibus sol mouetur motu suo maiori: & luna minori. **A**notus motus solis & lune in quinque mensibus medijs: abicitis revolutionibus: fiet. 145. gra. 32. m. Et sumam & vt longitudine proprio: solis diuidat hunc per equa. addet igit sup medium cursum solidum solis hincinde sumpta. 4. g. 38. mi. **A**notus aut luna in epicyclo in quinque mensibus est. 129. g. 15. mi. hic quoque per ecquo diuidat longitudine longior: epicycli. minuet igit ex medio cursu ecquo hincinde sumpta. 8. g. 40. m. In tempore itaque quinque mensum illorum quod sol sit velox: luna aut tarda cursu: precedet sol lunam in. 13. g. 18. mi. hoc est: verus motus solis maior: est vero motu lune in hac quantitate. **S**ed dum luna id perambulat donec solem consequatur: sol duodecima huius mouetur: que. i. g. 6. mi. bec duodecima si addatur super. 4. gra. 38. mi. que fuerunt differencia veri motus solis & medij: prouenient. 5. g. 44. m. scz quantu quinque menses maiores addunt super quinque menses medios. **D**portet enim in talibus dispositionibus primam barum oppositione verarum precessisse medianam tato tempore quanto ultima barum medianam sequitur. **C**onstat aut quod differentia locorum applicationi: veri quidem in vera: & medij in media fere ecquo est differentia argumento latitudinis veri in vera: & medij in media. quod differentia argumento latitudinis veri & medij in predictis quinque mensibus erit fere. 5. g. 44. mi. **S**z argumentum latitudinis in quinque mensibus media est. 153. gra. 21. m. ideoque argumentum latitudinis verum in quinque mensibus veris lunaribus est 169. gra. 4. m. **T**ermini denique eclipticis lunareo luna existente in longitudine media epicycli sunt. 11. gra. 30. m. tunc enim aggregatum semidiagrametro lune & umbra est gradus viii: propterea quod luna illi auge epicycli existere in applicationibus tale aggregatum sit. 16. mi. 24. secun. sed in proprio: longitudine epicycli. f. 1. gra. 3. mi. 36. secun. **R**espice modo figuram premise: fiet iam vterque arcue. f. et. l. k. 157. gra. ideo minus: argumento vero latitudinis in quinque mensibus maioribus per. 2. gra. 5. m. **S**i igitur hic motus latitudino. ab. e. per unum gradum in arcu. a. e. ceperit: & finierit in arcu. f. g. p. vnū gradū fere. ab. f. possibile est: vt in vtrraque fiat eclipsis lune. **S**ic etiam ostenditur per arcum. l. d. k. **E**t cum motus iste fuerit per arcum istum. e. b. f. eclipsis sit in vtrraque eclipti pars meridiana lune. **S**ed per arcum. l. d. k. septentrionalis. Verum tales obscurationes fere sunt insensibiles.

Propositio xi.

Inarem eclipsim in septimo mense iterari non est possibile.

Constatio similis est quod precedens. Accipiamus ad hoc septem menses minimos quod possibles sunt: et oportet vt in his sol mouatur minore cursu suo: luna ver maior: in septem mensibus equalibus. **A**notus luminariū medius. 203. gra. 45. m. Argu-




Liber

mentum lune. 180. gra. 43. mi. Sit autem ut longitudine longior: solis per equa dividat solis medium: et longitudine proprio: lune per equa dividat argumentum istud. Sicut igitur ut equatio solis hincinde sumpta minuet ex motu medio. 4. g. 42. mi. et equatio lune addet medio motui. 9. g. 58. mi. Erit igitur in hoc tempore. 7. mensium medius motus solis minor: motu lune vero in. 14. gra. 40. m. Huius autem duodecima est. 1. g. 13. m. addita super equationem solis facit. 5. g. 55. mi. scilicet qualitas qua verus solis in septem mensibus minoribus deficit a medio cursu solis in septem mensibus equalibus. sed tantum etiam differt argumentum latitudinis verum in septem mensibus minoribus ab argumento latitudinis medie in septem mensibus mediis. Argumentum autem latitudinis medium in septem mensibus mediis est. 214. gra. 42. mi. quare argumentum latitudinis verum in septem mensibus minoribus erit. 208. gra. 47. m. Totus autem arcus in figura. k. b. l. aut. f. d. e. non est nisi. 203. gra. luna quidem in longitudine media epicycli existente. Non est igitur possibile: si luna eclipsatur in oppositione prima septem mensium minorum: quod etiam eclipsetur in ultima illarum: quod fuit propositum.

Propositio xij.

Solem in quinq[ue] mensibus bis eclipsari in pluribus plagiis terre habitatis: non est prorsus impossibile. Ponamus ad hoc quinq[ue] menses maiores: ut in ante premisa ostensum est: verus motus latitudinis lune in his est. 159. g. 5. mi. Aggregatum autem duarum semidiametrorum solis et lune cum fuerint in longitudinibus mediis: est. 32. mi. 20. secundum. Est enim medium inter aggregatum quod fit in auge: et id quod fit in opposito augis. Si itaque longitudine lune fuerit. 32. mi. 20. secundum. fiet luna a nodo distans. 6. gra. 12. mi. quare arcus. e. b. f. seu. l. d. k. in quo non contingit eclipsis fiet. 167. gra. 36. mi. Nam igitur: si luna nullam habuerit diversitatem aspectus in latitudine: non esse possibile: ut bis sit solis eclipsis in quinq[ue] maioribus mensibus: propterea quod arcus. e. b. f. aut. l. d. k. sit maior: vero motu latitudinis in quinq[ue] magnis mensibus: maior in qua per gra. 8. et. 15. mi. Et si verus motus latitudinis disposuerimus: ut per punctum. b. maxime declinationis dividatur per equa: distabit quilibet suorum terminorum a nodo per. 10. gra. 28. mi. fere. horum latitudo est. 54. mi. et medium fere. a qua cum sublatitu fuit aggregatum semidiametrum solis et lune: remanent. 22. mi. et medium fere excessus latitudinis terminorum veri motus latitudinis super tale aggregatum qui bis sumptus: scilicet hinc et illinc a partibus. b. facit. 45. mi. que sunt etiam latitudo argumenti latitudinis gradu. 8. et. 31. m. ut patet ex proportione sepe dicta unius ad. ii. cum dimidio. Seruatur enim hec proportio circa terminos eclippticos ubiq[ue]: ut in figura. g. f. ad. f. o. sicut. g. n. ad. n. p. sic etiam. f. n. ad. n. m. dum. m. p. sit equalis. f. o. Sic cum. f. n. est. 8. gra. 31. mi. erit. m. n. differentia scilicet. n. p. super. f. o. 45. mi. Ad cognoscendum autem quibus horis et locis eclipsice id fieri possit: videndum est tempus quinq[ue] mensium maiorum: quod taliter deprehendit. Tempus quinq[ue] mensium equalium habet. 147. dies. scilicet horas et medietatem et quartam unius hore. In hoc: ut patuit: cum luna tarda cursu: sol velox: verus motus solis maior: vero motu lune in. 13. g. 18. m quod spacio dum luna in medio motu perambulat ad solis consecutionem: interea sol duodecimam huius transit. Sit ergo totum. 14. gra. 24. mi. quod si divisum per medium cursum lune in die fuerit: proueniunt dies una: hore due




Sextus

et quarta vnius. Luna enī in talibus coniunctionibus fere motu medio mouetur. Differentia ergo quinqꝫ mensum maiorum super quinqꝫ medios est dies vna: hore due et quarta. quare tempus quinqꝫ mensum maiorū fit. 148 dies. 18. hore fere. Liquest igitur: si prima earū fuerit iuxta solis occasum: fiet altera sex horis ante occasum solis. Itē si prima fuerit tribus horis post meridiem: erit altera tribus horis ante meridiem. Item verus motus solis in predicto tempore quinqꝫ mensum maiorum: probat ex ante premissa colligitur: est. 15. gra. fere. quos longitudo propriorū solis per equa diuidit. que cum nostro tempore sit in principio capricorni: fiet locus prime coniunctionis in 15. gra. libre. et locus secunde in. 15. gra. piscium: vel circiter hec loca. In quibuscumqꝫ igitur climatibꝫ ita accidit: q. 15. gradu libre versus occasum descendente: item. 15. gradu piscium prope mediū celi existente: diuersitas aspectus lune in latitudine: in uno horum locorum: aut ambobꝫ simul aggregata majorū fuerit. 45. m. in eis. in talibus coniunctionibꝫ fit solis obliquatio super equinotiali nota in dictis horis et locis coniunctionū: dum diuersitates aspectus in latitudine aggregantur: non attingunt. 45. m. Sed a climate secundo incipiendo: deinde versus arctos. 45. m. transcendunt. Ideoqꝫ in his plagiis possibile est videre solis eclypsim bis in quinqꝫ mensibus. quātoqꝫ plaga septentrionalior: tāto possilitas maior: q. diuersitas in latitudine augeatur. neqꝫ hoc contingit: nisi cum luna viā in latitudine fecerit septentrionali a capite versus caudam: ita ut in prima eclypsi fuerit iuxta. e. et in secunda iuxta. f.

Propositio .xij.

Olis eclypsim in septem mensibus bis fieri eidem plage terre contingit.

Sunt septem menses minores. in his patuit verū argumentū latitudinis lune esse. 208. g. 47. m. Sed arcus. f. d. e. ex premissa est. 192. gra. 24. mi. qui est a termino eclyptico accedente ad caudam: ad terminū eclypticum recedentem a capite. Claram est igitur: si luna diuersitatem aspectus in latitudine non habeat: nō est possibile ut sol bis eclypsif in his septem mensibꝫ: scz in prima barum coniunctionū et extrema: propterea q. 208. gra. 47. mi. excedant arcum. f. d. e. in. 16. g. 23. m. Arcus aut̄ veri loci latitudinis dispositus: ut punctū. d. quod est maximum latitudinis in meridie diuidat ipsum per equa: distabit quilibet suorum terminoz a nodo. 14. gra. 23. mi. a latitudine his correspōdente ablata quantitate semidiametroz luminariū: excessus bis sumptu facit. 1. gra. 25. mi. fere. et tanta est etiam latitudo argumenti latitudinis. 16. gra. 23. mi. ut patet ex proportione vnius ad. ii. et semis. Ita si incipias argumentum verum latitudinis computare ab. f. procedendo per. d. ipsum excedat arcū. f. d. e. in. gra. dictis: qui sunt. e. n. quare tamen sui latitudo scz. n. p. excedet latitudinē puncti. e. que est. c. o. scz aggregatum semidiametroz luminariū in parte propotionali ad. 16. g. 23. m. fm proportionem vnius ad. ii. et semis. et ipsa est. n. m. vnius gra. 25. mi. Liquest igitur: si in septimo mense eclypsis solis redire debat: q. oportet lunam habere diuersitatem aspectus in una barum coniunctionum: aut aggregatum ex eis in ambabus: que sit maior: uno gra. 25. mi. Nidendum est aut̄ in quibus horis et quibꝫ locis id fieri queat. Tempus septem mensium equalium habet. 206. dies. 17. horas fere. in quo sol tardiori cursu: luna vō velociori mouet. Et medius solis minor: vero lune in gra. 14. m. 40. quem arcum cum sua duodecima luna medio cursu perambulat in die vna:




Liber

quinqz horis. Septem igitur menses minores qui esse possunt: habent dies 20z. et horas. 12. quare tepus coniunctionis extreme fiet post dies integros ab hora coniunctionis prime horis. 12. Ideoqz si prio: fit iuxta solis ortum: erit altera iuxta solis occasum. Verus autm solis motus in dictis septem mensibus minoribus: vt ex ante premissa colligitur: est. 19.8. gra. fere. quos a ux solis per medium diuidit: que nostro tempore in principio canceri fiet locus prime coniunctionis harum circa. 21. gra. piscium: et alterius circa. 9. gra. libre. In plagiis vero septentrionalibus a quarto climate incipiedo in predictis locis et horis contingit ut diversitas aspectus in latitudine: ablata diversitate aspectus solis ex crescatur super uno gra. 25. mi. Ideoqz in illis climatibus possibile: vt solis eclypsis in septem mensibus bis videatur. Necesse est autm: vt id accidat luna in prima coniunctionu accedente versus nodum caude: in secunda vero ea a nodo capitis recedente.

Propositio xiiij.

Alypsim solis in uno mense bis fieri apud homines unius climatis: est omnino impossibile.

Clicet ad hoc omnium causarum conuenientia sit impossibilis: ponamus tamen ad imaginationem causas congregatas esse scz ut luna sit in coniunctionibz in longitudine propiori: et sic maximam diuersitatem aspectus in latitudine habeat. et ut sit una qz esse possit. et sic motus verus argumeti latitudinis in mese. et minimu addat super arcum circuli declivis inter duos terminos solaris contentum. et ut sint coniunctiones ille in horis et locis prime hent diuersitates aspectus. Quia itaqz in uno mense equalis luminariu est. 29.gra.6.m. et argumentum lune. 25.g.49.m. Latitudo longior solis per equa hunc arcum medijs solis dividat: et propior lune argumentum lune etiam per equa dividat. Fiat ut s hincinde sumpta minuet ex medio solis. 1.gra.8.mi. et argumetum dividatur. 2.gra.28.m. Equationes autem ille ciuncte faciunt. 3.g.36.m. decima pars: scz. 18.m. si addita equationi solis fuerit: producitur scz differentia qua verus motus solis in minimo mense deficit a recto solis in mense equali. sed tantum etiam fere differt argumentum latitudinis verum in minimo mense ab argumento latitudinis medio mense equali. Argumentum autem latitudinis mediuj in mese est. 30.g.40.m. sus verus latitudinis in mense minimo est. 29.gra.14.m. Dona- bunc nodus p eqz dividat: habebit unusquisqz terminoz suorum la- ius gra.16.m. et medijs fere. que duplicata facit. 2.g.33.m. fere: scz in argumeti. 29.gra.14.m. fm proportionem sepe dictam. Aggre- semidianometrorum luminarium luna in longitudine propiori eti- m. que ablata a gradu vno et 16.m. et medio: relinquunt. 43.m. que parte sumpta nodi: id est bis sumpta: faciunt vnu gra. 27.m. fere. utur possibile: ut sol bis eclypsetur in mense vno: nisi ut luna nul- lata diuersitatem aspectus in latitudine in vna coniunctionu: et in al- tem aspectus habeat maiorem. 1.gra.27.m. Aut si ei in vtraqz diuersitas aspectus sit in eandem partem. et differetia ipsarum maior: aut si ei in vtraqz coniunctione diuersitas aspectus sit in partes co- aggregatum ipsarum sit maior: 1.g.27.mi. O portet enim in eclypsi uno visa in vtraqz coniunctione sit minor: aggregato semidiane-



Sextus

rum. quod fieri non potest in his coniunctionibus: nisi conditiones iam dicte seruentur. Est etiam opus: vt latitudo lune vera in prima: cum latitudine lune vera in secunda simul perficiant. 2.gra.33.mi. que est latitudo vera argumenti latitudinis in mense mino: i. Verum non est locum in terra: in quo diversitas aspectus lune ad solem in latitudine sit maior. 1.gra.27.mi. nec est locus in quo in vtriaqz coniunctione differentia diversitatum aspectus in latitudine in eadem partem sit maior. 1.gra.27.mi. Si igitur debet in vno me bis eclypsari sol: operetur vt diversitas aspectus in vtriaqz coniunctione sit in partes contrariae: et aggregatū carum sit. 1.gra.maius.7.27.mi. Sub equinoctiali autē maxima diversitas aspectus in latitudine maior: non est. 25.mi. in quamcūqz partem. neqz in aliquo septem climatum: versus septentrionē procedendo diversitas aspectus in latitudine maior: est gradu vno. quare non est possibile: vt vni plage terre sol bis vno mense eclypsatur. Nihil tamen prohibet homines vnius habitabilis plage eclypsim solis videre: et in sequenti coniunctione alterius plage homines etiam eclypsim habere: qd ambo diversitates aspectus eis contingentes in partes contrariae: simul maiores esse possunt. 1.gra.27.mi. vt si una plaga esset ad meridiem ab eccliptore: ad septentrionem alia. Datet igitur: non esse possibile: qd in vno mense sol bio eclypsetur apud homines vnius climatis aut diversorum: dū ab eadem parte ecuatoris sunt. Tamen tamē est in locis tritioribz situū ab equatore.

Propositio xv.

Tansitum lune in circulo declini in equales arcus
in ecliptica secare: verum differentia longitudinu
in ambobus circulis admodum paruam esse.

Anodo. a. sicut duo arcus sumpti: eclipcice quidem. a.g. circuli declivis lune. a.b. **S**it autem luna in b. procedat a puncto. b. arcus circuli magni perpendiculariter super eclipticam: qui sit b.g. **D**icitur est: q. verus locus lune in ecliptica est in puncto. g. **D**ato autem arcu a.b. per scientiam data de ascensionibus rectis: notus erit arcus. a.g. qui semper erit minor arcu. a.b. et scientiam. 24. tertij. huius maxima differentia que inter hos esse potest: reperitur. 6. mi. t. hoc dum arcus. a.b. est circiter. 45. gra. et latitudine maxima lune supposita est iam. 5. gra. **I**n terminis vero eclipticis differentia arcu. a.b. et a.g. maxima esse potest. 4. m. ut si arcus. a.b. sit. 20. gra. reperies. a.g. esse. 19. gra. 66. m. **E**sit enim proportio sinus. b.3. ad sinu. 5. f. sicut proportio sinus. b. a. g. ad sinu. a. g. dummodo. 3. sit polus ecliptice. et a. f. et a.l. quarti. **L**ogniti autem sunt. b.3. et 3. f. et b. a. **N**am i. f. est. 5. gra. et proportio sinus. a. f. ad sinum. f.l. sicut proportio sinus. b. a. ad sinum. b. g. sic du. a. b. est. 20. gra. b. g. et vnius gra. z. 42. m. **I**tem a puncto. g. cadat perpendiculariter super. a.b. que sit. d. g. quia proportio sinus. a.l. ad sinum. l.f. sicut proportio sinus. a.g. ad sinum. g. d. inuenies. g. d. insensibiliter differre a.g. b. **V**a dum. a.b. est. 20. gra. reperies. g. d. esse. 1. gra. 42. m. fere. **N**ihil erroris sensibilis sequetur: si loco arcus. g. d. in ecliptica sumatur arcus. g. b. etiam si loco arcus. a.d. sumatur arcus. a.b. quoniam si. g. sit centrum solis vel umbra: fieri b. verus locus lune in vera applicatio. **S**ed. d. ver. luna in medio eclipsis est: tamen possibilis est arcu. g.d. et a.d. scietia: ut iam ostensum est de arcu. g.d. **A**rcu autem a.d. inuenies per viam: qua inuenite sunt ascensiones recte ex arcu. a.g. iam noto vel quia sinus complementi. d. g. ad sinu. complementi. g.a. proportio sit sicut sinus totius ad sinum complementi. d.a. **S**i tamen quis:

Liber

(dicit Ptolemeus) huius rei scientiam exactam querat: multo iustius illum difficultas operis angat q̄ vtilitas delectet.

Propositio xv.

Neclipsi lunari ex latitudine lune in medio eclypsis: et aggregato semidiametrorum lune et umbre digitos eclyptice prenoscere.

Sit circulus designans umbram in loco transitus lune. b. f.


Semidiameter eius. a. b. semidiameter autē lune sit linea. b. c. ita ut aggregatum ambarum semidiametrov̄ sit. a. b. c. portio eclyptice. a. d. circulus lune declivis. d. e. in quo locus lune in medio eclypsis sit. c. Si itaq̄ latitudo lune. a. e. sit equalis aggregato semidiametrorum sc̄z. a. c. constat q̄ luna contingit circulum umbrae: et nihil eius eclypsabit. **S**ed si latitudo lune. a. e. sit minor: linea. a. c. ita tamen ut sit maior: linea. a. b. fiet eclypsis lune partialis. Ideo sublata latitudine. a. e. ab aggregato semidiametrov̄ sc̄z. a. h. remanebit. e. b. que est equalis. f. g. parti diametri lune eclypsate. et cū tota diameter lune sit nota: constituta ipsa. 12. digitorum: constabit quot digitoū sit. f. g. hoc fit si duxeris. f. g. in. 12. et productum diuiseris per diametrū lune.

Si autē latitudo lune minor: esset semidiametro umbrae in quantitate: semidiametri lune fieret eclypsis totalis sine mora: et sic esset. 12. digitorum. **N**ū vo semidiameter umbrae excedit latitudinem lune in pluri q̄z semidiametro lune: tunc fit eclypsis totalis cum mora. Quando autē luna careret latitudine: tunc in medio eclypsis centrum eius esset centrū umbrae: fieretq̄ eclypsis lune maxima q̄ possibilis est: precipue si foret cursu tarda. Quando itaq̄ voles inuenire digitos eclypticos: aufer latitudinem lune ab aggregato semidiametrov̄ reliquū duc in. 12. et diuide per diametrum lune: si prouenient pūcta pauciora. 12. erit eclypsis partialis. si precise. 12. erit vniuersalis: sed sine mora. si plura. 12. erit vniuersalis cum mora. **N**on uersa huius quoq̄ nota est. cū velis ex digitis eclypticis et semidiametris lune et umbra latitudinem lune in medio eclypsis cognoscere: duc digitos in diametrum lune visualem: et diuide per. 12. quod exit aufer ab aggregato semidiametrov̄: et manebit latitudo quesita. hui⁹ argumentum: hoc est distantiam a nodo reperies vel per tabulas latitudinis lune: vel per proportionē viuus ad. ii. et semis. **V**el precissus: si voles per triangulum sphaerale. a. e. d. ex angulo. d. et laterc. a. e. et angulo. e inuenies latus. a. d. hinc. e. d. quod queritur. **N**erum in precedenti ostensum est: ea insensibiliter differre.

Propositio xvij.

Minuta casus: minutaq̄ more: cum morā habet: in eclypsi lune determinare.

Sit. a. centrum umbrae in eclyptica. a. b. circulus lune declivis. b. e. in quo sit in principio contactus lune et umbrae centrū lune. g. e. Vo centrū lune in medio eclypsis. erit. a. e. ex premissis orthogonaliter super. b. f. minuta itaq̄ casus que querunt sunt arcus. g. e. cui sit equalis arcus. e. f. eritq̄ fere eclypsis finis in. f. et principium in. g. ductis arcibus magnis. a. g. et. a. f. fiet tam. a. g. q̄z. a. f. aggregatum ex semidiametris umbrae et lune. et. a. e. latitudo lune in medio eclypsis: vel arcus parū ab. e. a. differens: ex ante premissa notus. **S**i tribus arcibus





Sextus

trianguli.a.e.g.vtaris tanqz rectis lineis: nihil diuersitatis erronee sequer
propter earum paruitatem. Ideoqz quadratu.a.e.auf er a quadrato.a.g.ct
remanebit quadratu.e.g.quere.e.g.notus:qui querebas. Sicut si luna eclypsabit
cū mora:sit.m.centrū lune in principio totalis obscuratiois:t.n.centrū eius
in fine totalis obscurationis:fiet centrum.e.m.fere equale.e.n.t vterqz horu
arcuu dicit minuta more.t erit.a.m.aut.a.n.excessus semidiametri vmbre
supra semidiametruu lune. ideo notus fiet. Et sic ex arcubu.e.a.et.a.m.modo
predicto inuenies quantitatem arcus.e.m. Verum si precisionem sequi pla
cet:poteris ex scientia trianguli sphaeralis.e.a.g.cuiuduo latera.e.a.et.a.g.t
angulus.e.rectus nota sunt:inuenire quantitatem arcus.e.g. Est enī propor
tio sinus complementi.a.g.ad sinum complemeti.e.g.sicut proportio sinus
complementi.e.a.ad sinum totum. Quidam minuta casus t more:que pre
viam rectarum linearum inuenierunt:definitio:a sic reddunt. Sit eclyptica
a.b.in qua.a.centrum vmbre. Aggregatum ex semidiametris vmbre t lune
sit.a.m.t via obliqua lune.b.m.z.t.sitqz.m.centrū lune.in cōtactu vmbre
z.centrū lune in oppositione vera.et.t.centrū lune in contactu vmbre postqz
liberata est eclypsi.a.d.orthogonalis super.a.b.erit in oppositione vera la
titudo lune.a.z. Ex minutis itaqz casus prius inuentis: dum duodecimam
sibi superadijces: addiscas argumentum latitudinis ad principium et finē
eclypsis: scz minuta casus cum sua duodecima auferendo ab argumento lati
tudinis.a.z.t eidem addendo. Ex quibus habebis latitudines lune ad pri
cipium t finem eclypsis. Ad principium sit.a.e.ad finem.a.d.ex.e.a.et.a.m
propter rectum angulū.enota fiet.e.m.t ex.m.e.et.e.z.notis nota fiet.z.m.
minuta casus a principio eclypsis ad veram oppositionē. Similiter ex.t.a.
et.a.d.propter angulum.d.rectum nota fiet.t.d.ex qua et.d.z.notis nota erit.z.t.
scz minuta casus a vera oppositione ad finem eclypsis. Simili via de minu
tis more procedunt. Verū vt sepius ostensum est in autepremissa:parum vti
litatis hoc opus affert. Si tamen ytqz precisionē amas:age opus serm viam
ante premissē: vt arcum inter verum locum oppositionis:t locū medij ecly
psis cognoscas:t tunc inuenias cuncta definitiora.

Propositio xvij.

Ria tempora in eclypsi lune particulari: seu quinqz
in vniuersali diffiniere.

Si nō habet moram: tria tempora reperies: scz principium
medium t finem. Veram oppositionem habes ex dictis: quod ni
bil vel parum a medio eclypsis differt. si tamen differt: t vo
les precisius definire: mediū ipsū ex doctrina data in.iç.huiu
cognosces arcum.b.d.in figura eiusdem t cum sua duodecima diuide p mo
tum lune in hora: vel ipsum solum per superationē lune in hora diuide: t exi
bit tempus inter veram oppositionē t mediū eclypsis. ex quo cognosces me
dium eclypsis. Item minuta casus diuide p superationē lune in hora: t exi
bit tempus a principio ad medium.tantum quoqz est a principio ad finem.
Si moram habet: habebit tempora quinqz: scilicet principium contactus
vmbre:principium totalis obscuratiois:medium t finem totalis obscura
tionis:t finem eclypsis. Principium t finem reperies vt antea. Deinde di
videm minuta more per superationem lune in hora: t exhibet tempus quod est



Liber

a principio totalis obscurationis ad mediū eclipsis, et tantum est a medio ad finem totalis obscurationis. Ex his facile habebitur locus lune in punctis horum temporum: siue minuta casus cum sua duodecima addendo ad locum lune in medio eclipsis: et deinde dividendo. Item minuta more cum sua duodecima addendo ad locum lune in medio eclipsis: aut demendo. Siue velis agere per tempus casus et tempus more: multiplicando ipsum per motum diuersum lune in hora: et productum addendo et demendo: ut dictum est. Ex his quoqz latitudines lune ad principia et fines facile addiscas.

Propositio xix.



Isium locū lune in ecliptica ex vero eius loco dato ostendere.

Ad instans datū diuersitatē aspectus lune in lōgitudine ex pmissis libro quanto hui⁹ collige. Et si luna fuerit inter ascēdens et nonagesimū gradū ab ascēdente: diuersitatē aspect⁹ lune in lōgitudine adde sup vero loco eius ad instās datū: et exhibet locus eius visus. Sed si luna fuerit inter gradum occidentem et nonagesimū gradū ab ascēdente: diuersitatē aspectus dictam minues ex vero loco lune: et proueniet quod queris.

Propositio xx.



Attitudinem lune visam comprehendere.

Ex priorib⁹ habeas latitudinē lune verā ad instans datū: et diuersitatē aspect⁹ in latitudine. Et si ambo fuerit i eandē pte ab ecliptica: vñ alteri iūge. si diuersaz⁹ ptū: minore a maiori deme: et relinque latitudo lune visa ei⁹ partis cui⁹ maior fuit.

Propositio xxii.



Otium lune visum in hora assignata perpendere.

Per ante pmissā ad pncipiū hore assignate repias visu locū lune. Et p eadē ad finē hore date inuenies qz visu locū lune. Et dīa horz est qd cupis. Vel considera p p̄dicta ad pncipiū: sūt ad finē hore diuersitatē aspect⁹ in lōgitudine. Et si diuersitas hore ad pncipiū sit maior: qz diuersitas ad finē hore: differētiā ipsarū minue a motu vero lune in hora. Si autē diuersitas ad pncipiū hore sit minor: diuersitate ad finē hore: differētiā ipsarū adde motui vero lune in hora: et pdib⁹ mot⁹ visus lune in hora. Et hoc si luna fuerit inter ascēdēs et .90. g. Tū volūna fuerit inter .90. g. ab ascēdēte et gradū occidēte: si diuersitas ad pncipiū hore sit maior: diuersitate ad finē hore: differētiā ipaz⁹ adde vero motui lune in hora. Si autē diuersitas ad pncipiū hore sit minor: diuersitate ad finē hore dīaz ipsaz⁹ minue a vero motu lune i hora: et pueniet visus mot⁹ lune i hora. Sūt repies supationē lune visā in hora: sumēdo loco mot⁹ veri superationē veram in hora.

Propositio xxiiij.




Onijunctionem luminarium visibilem diffinire.

Id tps vere p̄iūctiōis p̄ p̄cedētes doctrinas diuersitatē aspect⁹ lune ad solē i lōgitudine. si ea fuerit sūm successionē signoz. id accidit dū locus p̄iūctionis fuerit inter ascēdens et .90. g. ab ascēdēte: p̄iūctio vera visibilem sequit̄. Et cū in bo-

Sextus

rizonte maior: contingit diuersitas aspectus in longitudine: fiet diuersitas ipsa
 in hora visibilis coniunctionis maior: quam in hora vere coniunctionis. Si autem
 ea fuerit contra successionem signorum: id accidit dum locus coniunctionis
 fuerit inter gradum occidentem et nonagesimum gradum ab ascendentem: co-
 iunctio vera visibilis precedit. Et cum iterum in horizonte maior: fuerit et contingit
 diuersitas aspectus in longitudine: fiet ipsa diuersitas in hora visibilis coni-
 iunctionis iterum maior: quam in hora vere coniunctionis. Si autem nulla esset
 diuersitas aspectus in longitudine: quod solum accidit quando locus coniunc-
 tionis est in nonagesimo gradu ab ascendentem: tunc simul fiet coniunctio vi-
 sibilis et vera. Intelligamus itaque quartam ecliptice ab horizonte ad no-
 nagesimum gradum ab ascendentem. g. v. ita ut in horizonte sit. g. in nonagesimo
 gradu. v. in qua pars locus vere coniunctionis sit. l. et tunc sit diuersitas aspectus
 in longitudine arcus. l. m. locus solis quidem visibilis. r. locus lune visibilis
 m. p. opositum est inuenire punctum ecliptice: in quo cum luna sit fere verita-
 tem: locus visus eius sit super. r. Erit autem diuersitas aspectus lune ad solem
 arcus. r. m. huic equalis sit. l. c. ad partem oppositam. Quando igitur luna
 fuit in. c. si diuersitas aspectus eius est equalis arcui. l. m. seu. c. r. c. est punctus
 quesitus. Sed luna existente in. c. quia tunc vicinior horizonti fuit: diuersitas
 aspectus eius in longitudine maior: fuit quam dum est in. l. Sit itaque luna in. c.
 existentis diuersitas. c. p. q. est maior prior in arcu. r. p. huic equalis sit. c. q. in
 contrarium successionis. Si ergo luna existens in. q. haberet diuersitatē aspe-
 ctus in longitudine arcus. q. c. q. esset punctus quesitus. Sed cum sit vicinior
 horizonti dum est in. q. erit eius diuersitas aspectus maior arcui. c. p. aut. q. r.
 Sit itaque tunc. q. f. excedens. q. r. in arcu. r. f. binc. r. f. equalis. q. s. In contra-
 riuum successionis dico esse. s. punctum quesitū. Nam si luna fuerit in. s. fere
 verum locum: erit locus eius visus super. r. fere: aut insensibiliter ab eo diffe-
 rent. Precius tamen habebis: si. q. s. facies equalem. r. f. et tantę parti. r. f.
 quāta ipsa. r. f. est pars. r. p. Simili via procederes in reliqua quarta eclipti-
 ce. Est igitur opus tale: Diversitatem aspectus in longitudine lunc ad solem
 scilicet arcum. r. m. diuide per motum verum lune in hora: et tempus quod exit
 auer ab hora vere coniunctionis: si fuerit ante nonagesimum gradum ab ascen-
 dente. vel adde idem fibi si post. et ad tempus iam proueniens queras diuersitatē
 aspectus in longitudine: que est arcus. c. p. eius differentiam ad primam di-
 uersitatem: que fuit. c. r. scilicet arcum. r. p. diuide per motum lune in hora: et tem-
 pus proueniens iterum adde vel minue ut antea a tempore cum quo secun-
 dam diuersitatem quesuisti. et ad tempus iam proueniens tertio queras di-
 uersitatem aspectus in longitudine: que est arcus. q. f. eius differentia ad se-
 cundam diuersitatem: que fuit. q. r. est. r. f. Super. r. f. si sensibilis qualitas sit
 iungamus tantam partem. r. f. quanta est. r. f. pars. r. p. vt. r. f. cum parte sua
 sit equale. q. s. erit itaque. s. r. diuersitas aspectus lune in longitudine in hora
 visibilis coniunctionis fere. diuide arcum. s. r. per motum lune in hora: et tem-
 pus minue vel adde ad tempus vere coniunctionis: ut antea dictum est: et exi-
 bit coniunctio visibilis: que querebatur. Vel sic agas et facilius Ad horam vere
 coniunctionis queras diuersitatem aspectus lune in longitudine: et motum
 eius visum in hora: agendo in hoc per horam antecedentem veram coniun-
 ctionem: si sit ante nonagesimum gradum. aut sequentem: si sit post nonagesi-
 mum gradum. diuidasque diuersitatem aspectus in longitudine per motum
 visum lune in hora: et exhibet tempus distantie visibilis coniunctionis a vera.
 quod adde vel minue: ut antea dictum est: ad idem tempus visibilis coniun-



ctionis si certior fieri velis: queras vera loca luminarii: et diuersitatem aspectus lune ad solem. **Q**uia si distantia verorum locorum luminarium equalis fuerit diuersitati aspectus lune ad solem in longitudine: certum fuit opus. si disferant: repeate opus donec ita fiat. **N**am necesse est in visibili coniunctione ut predicta duo concordent: ut in figura. **C**onitetur in circulo altitudinis luna secundum veritatem in o. secundum visum in n. Sol secundum veritatem in s. secundum visum in m. Locus lune verus in ecliptica t. designatus per arcum a polo ecliptice venientem x. o. t. Visus autem locus lune in ecliptica sit i. designatus quoque per arcum ecliptice a polo venientem x. i. n. Si visus locus Solis fuerit super hoc arcu: tunc fit visibilis coniunctio. et diuersitas aspectus lune ad solem in longitudine erit tunc arcus t. s. Et ipse est etiam distantia verorum locorum luminarium. In his scias: ut superius dictum est: q. angulus a. t. 3. si sumptus sit loco anguli q. n. o. et arcus o. n. loco arcus t. i. Similiter q. t. p. o. n. i. m. p. p. o. i. nihil sensibilis differentie fiet.

Propositio xxij.




Igitos eclypsis solaris prenoscere.

Ad hoc am visibilis coniunctionis reperias latitudinem lunae visam: similiter diuersitatem aspectus solis in latitudine visam. Ex his scies distantiam centrorum secundum visum. Item inuenias quantitates semidiametrorum visualium. Si itaque aggregatum semidiametrorum visualium fuerit equale distantie centrorum secundum visum: non fiet eclypsis ad tuam regionem: licet lunam sol quo ad visum contingat. Si aggregatum semidiametrorum sit maius: aufer distantiam centrorum ab eo: et remanebit pars diametri solis eclypsata ipsa multiplicata in duodecim: et diuisa per diametrum solis visualem: ostendit digitos quesitos. **E**t si nulla esset distantia centrorum visualis: centrum lune fieret secundum visum centrum solis: et contingeret maxima eclypsis: precipue si sol esset in auge eccentrici: et luna prope oppositum augis epicycli. **N**am tunc tota luna totum solem obtenebat: ret. et in obscuratione mora faceret. Ratio operis est in figuris: ut sit circulus a. c. solis super b. cetro. et d. f. lune super e. cetro: aggregatum semidiametrorum est e. d. et b. c. a quo si sublatum fuerit b. e. remanebit c. d. pars semidiametri solis eclypsata. **S**i autem e. coinciderit cum b. eclypsabit de diametro solis tantum quantum diameter lune occupat. **D**ane quoque sicut 16. huius conuertere poteris ex digitis et semidiametro aggragato datis: distantiam centrorum elicendo.

Propositio xxvij.

Neclypsi solari minuta casus elicere.

Quadratum distantie centrorum in medio eclypsis auctor quadrato aggregati semidiametrorum residui. Radix ostendit minuta quesita. Ratio est eadem que in decimaseptima b. **E**t si precisionis labor tibi placet: poteris ut scientia trianguli sphericalis. **N**am latus g. a. est aggregatum semidiametrorum lune et solis. a. e. est distantia centrorum in medio eclypsis: et angulus e. est rectus. igitur. **S**ingulare late a. g. et semidiametrum aggregatum: ad angulus inter 13. et 8. min oppositum. **S**ingulare late a. e. et semidiametrum in medio eclypsis ad angulus 13. et 8. min oppositum. In fine **P**ropositio fragit: ut remaneat 13. et 8. min et ad omnia late oppositi quarti 13. et 8. min. **C**onuenient oppositorum. **S**in angulo recto a. e. g. ad singulare late p. b. oppositi 13. et 8.



Sextus

Xia tempora eclipsis solaris extrahere.




Conminuta casus diuide p superationē lune in hora: et exibit tempus a principio ad mediū. et tantū nūc supponit a medio ad finē. vel adde minutis casus suā duodecimā: et habebis visum motū lune a principio ad mediū: et a medio ad finē. hūc motū cōverte in tps: diuidēdo ipsum p motūlū ne visum in hora.

Propositio xxvi.



Ec tempora definitiora reddere.

Quia diuersitas aspectus lune in longitudine variatur in principio: in medio: et in fine eclipsis. et tñ arcus visus motus a principio ad mediū sit equalis arcui motus visus a medio ad finē: sit in descriptione horū arcuū sūm visum diuersitas: ita vt 3 arcus sint eqles: tñ in diuersis tpsibꝫ videant sūm visu describi. Sic tps ab initio ad mediū erit aliud a tpe a medio ad finē. **S**it igit arcus veri motus lune a principio ad finē eclipsis. a.b.c. ita vt in principio sit sūm veritatē in. a. in medio in. b. in fine in. c. **S**ed sūm visum in principio sit in. g. in medio in. e. in fine in. f. **S**it motus visus a principio ad finē. g.f. erit abt. g.e. insensibiliter differens ab. e.f. propter aggregatum semidiametroꝫ in principio et fine insensibiliter variatū. **S**i diuersitates aspectus in lōgitudine sint sūm successionē signorꝫ: qđ accidit ante. 90. g. ab ascēdēte: oportet vt a.g. sit maior. e.b. **S**ic motus verꝫ a principio ad mediū: maior: est motu viso in eodē tpe in tāto in quāto. a.g. excedit. b.e. **A**usfer igit diuersitatē. e.b. a diuersitate. g.a. et residuū addē cū. e.g. exibit. a.b. qđ diuide p motū lune veruꝫ in hora: et exibit tps quo luna sūm visum trāsit. a.g. in. e. **S**it ex diuersitatibꝫ f.c. et. e.b. inuenies arcum. b.c. et tps suū. **S**i vo diuersitates aspectus in lōgitudine fuerint alia successionē signorꝫ: qđ fit post. 90. gradū: erit. a.g. minor. b.e. et. b.e. minor. c.f. **S**ic iterū verus motus lune a principio ad mediū: maior: est viso motu lune in eodē tpe: in differētia. b.e. et. a.g. diuersitatū. qđ aufer. a.g. a.b.e. residuū addē cū. g.e. et pdibit. a.b. quē diuide p verū motū lune in hora: et exibit tps quo luna sūm visum a principio eclipsis cadit in mediū eclipsis. **S**it ex differētia diuersitatū. c.f. et. b.e. et arcu. c.f. inuenies tps quo luna a medio eclipsis ad finē sūm visum excidit. **E**x his 2stat: qđ si differētia diuersitatū aspectus in lōgitudine in principio et medio eclipsis sit eqlis differētia diuersitatū aspectus in lōgitudine in medio et fine: tps incidētie eqle est tempori excidētie. **I**d aut 2tingit: si mediū eclipsis in. 90. gradu ab ascēdente fiet. **Q**n vo differētia diuersitatū aspectus in lōgitudine in principio et medio eclipsis sit mino: differētia diuersitatū aspectus in lōgitudine in medio et fine: qđ accidit ante. 90. gradū: tps incidētie maius est tpe excidētie. **S**ed qn differētia diuersitatū in lōgitudine in principio et medio eclipsis fu erit maior: differētia diuersitatū aspectus in lōgitudine in medio et fine eclipsis: qđ fit post. 90. gradū: tps incidētie maius est tpe excidētie. **N**on aut differētia diuersitatū aspectus in longitudine versus. 90. gradū: maiores sint qđ versus ascendens vel occidens: trahif ex sciētia angulorꝫ in secūdo huiꝫ: et tabulis suis. **N**on aut breuius singula complectant: minutus casus diuide p superationē lune visam in hora repertā ad principiu eclipsis: et pueniet tps incidētie in mediū eclipsis. **I**tē diuide ea p superationē lune visam in hora repertā ad mediū eclipsis: et pueniet tempus excidētie a medio eclipsis.





Liber

Propositio xxvij.

Peclypsi partiali ex digitis diametri eclypsatis quantitatem superficie eclypsatam metiri.



VQuattuor sunt huiusmodi habitudines: sc̄z ortus: mediatio celi super terrā: occasus: et mediatio celi sub terra. Nam in horizonte recto omnis stella oritur et occidit: cum poli motus primi sunt in horizontis superficie: que ob eam rem omnes equinoctiali equidistantes circulos per mediū secant. vnde etiam mora stelle diurna nocturnā equabit moram. **Q**uis quoqz stella bis celū mediabit: aut ad meridianum perueniet. semel super terram: et semel sub terra. Vbi vō poli mundi sunt poli horizontis: nulla stellarum oritur aut occidit. **E**quinocialis enim in superficie horizontis circumvoluitur. reliqui vō circuli ei equidistantes: et horizonti in circuitione sua equidistabunt. **Q**uare stelle in hemisferio superiori non occidunt. Stelle autē inferioris hemisferij non oriuntur. Verum vnaqueqz ipsarum bis celum mediabit in vna circuitione. **H**ec quidē sup terram: ille vō sub terra. **C**eteri vō horizontes: ad quos equinoctialis inclinat: quibus alter polo: um eleuatur: hoc considerationis habebunt. Intelligēdi sunt duo circuli parui eales sibi: et equinoctiali equidistantes. quoꝝ vterqz circulum horizontis contingat. **H**ic quidem apud polum mundi eleuatum: ille vō apud polum depressoꝝ. **Q**uicquid igitur stellarum inter alterū parvorum circuitorum et polum eleuatum comprehendit: non occidit. **Q**uod vō inter polum depressoꝝ et parvū circulum complectitur: nunqz orietur nec occidet: sed semper occultabitur. Verum vnaqueqz harum stellarum meridianū vna circuitione bis attinget. hec quidem super terram: illa sub terra. **P**reterea siue ab horizonte siue a meridiano stella moueri ceperit: tempora reditionū apud sensum equalia censemuntur. **T**empus etiā quo stella a parte meridiani supra terram: ad partem meridiani sub terra: aut econtra perducitur: temporis quoad principium motus reuertitur equale est: quoniam omnes parallelos in quibus itinera stellarū metimur: meridianus per eū scindit. **Q**uod autē tempus ortui atqz occasui interiacet: inequale est tempore quo stella ab occasu ad ortum sub terra reuertitur. **H**oc quidem in omni horizonte obliquō contingit: demptis tamen stellis: que in equinoctiali sunt circulo: quibus supra terrā et sub terra equalem moram equinoctialis ab horizonte per mediū

sectus tribuit. Amplius quod ab ortus stelle tempus est: ad mediationem celi supra terram: equatur tempori quod a mediatione celi ad occasum fluit. Meridianus enim portiones parallelorum que supra horizontem sunt omnes per equalia secat. Idem accidit sub horizonte. Tempus autem quod fluit a mediatione celi supra terram ad stelle occasum in sphera recta: equaliter est tempori quod transit ab occasu ad mediationem celi sub terra. In sphera vero obliqua inaequale semper: nisi stella sit in equinoctiali. Similiter tempus a mediatione celi sub terra ad ortum: equale est in sphera recta tempori quod est ab ortu ad mediationem celi supra terram. In obliqua vero non: nisi stellam in equinoctiali reperias. Accidit denique in sphera recta: quod omnes stelle celum simul mediantes: etiam simul orientur et occidunt. Secluso tamen motu earum: qui inter has instantiam facit: quis admodum parvus accidit. In sphera vero obliqua non sic: sed stellarum que una celum medianterque septentrionalior: est: meridianus orientando preuenit: occidendo vero sequitur et cetera.

Propositio .v.

Icta stellarum habitudines utiliter comprehendere. Considerabimus siquidem has habitudines dum quecumque stellarum cum qua parte zodiaci oriatur: occidat autem celum mediet. Considerabimus etiam cum qua stellarum fixarum quisque planetarum aut oriatur: aut occidat: siue celum mediet. Ad eas tamen habitudines quas stelle ad solem et horizontem habent: specialius descendemus. In nouem enim modos eas partiemur. Prima habitudo est ortus matutini: dum scilicet sol et stella ipsa in orientali parte horizontis statuantur. Huic tres sunt modi. Unus quando stella sub radice solis existens: statim post solem ortum oritur. Alius quando sol et stella simul oriuntur. Sed horum duorum neuter sensu percipitur. Tertius dum stella radios egrediens: prius sole oritur. Secunda habitudo dicitur mediatio celi matutina: quando scilicet sole in orientali parte horizontis existente: stella est in medio celi. Cuius itidem tres modos distinguimus. Quo: um unus est: dum statim post solem ortum stella celum mediat. Hec enim habitudo visu considerari nequit. Alius modulus accidit: quando sole oriente stella celum mediat. qui quoque modus vide ri non potest. Tertius modulus: quando statim postquam stella celum mediat: sol ortus. hic visu notari potest. Tertia habitudo: quando sol in orientali parte et stella in occidentali parte horizontis constituantur. et dicitur occasus matutinus. Lui tres sunt modi. Unus quando statim post solem ortum stella occidit. Alius quando sol et stella in horizonte statuantur precisissime. ille quidem ex parte orientis: hec vero ex parte occidentis. Sed neuter horum modorum sensu dinoscitur. Tertius modulus: quando statim post stellam occidentem sol oritur. illum sensus comprehendere potest. Quarta habitudo vocatur ortus meridianus. que sit dum sol in meridiano: et stella in orientali horizontis parte fuerint. Lui duos modos dabimus. Unum dum sol in medio celi super terram fuerit et stella ortitur. qui diurnus dicitur. Alium dum sol in medio celi sub terra fuerit: et stella in ortu. qui nocturnus appellabitur. Primum sensus comprehendere non poterit: sed secundum. Quinta habitudo est mediatio celi meridianus. que contingit dum stella celum mediat: sole meridianum occupante. Lui duo sunt modi diurni. Unus dum sol et stella simul sunt in meridiano supra terram. Alius dum sol est in meridiano supra terram: et stella in medio celi sub terra. Et neuter horum sensu cognoscit. Duo quoque modi no-

Octauus


eturni. Unus dum sol est in meridiano sub terra: et stella in medio celi supra terrā. Alius dum sol itidem est in medio celi sub terra: et stella cum eo in meridiāno sub terra. Primus horum duorum sensui patere potest: non secundus. **S**exta habitudo dicitur occasus meridianus: dum sc̄z sol in meridiano est et stella occidit. Quis duo sunt modi. Unus diurnus: quando sc̄z sol est in medio celi supra terram: et stella occidit. qui nō videtur. Alius dum sol est in medio celi sub terra: et stella occidit. et hic modus sensui patefit. **S**eptima habitudo vespertinus ortus nominatur: dum sc̄z sol occidentalem partē horizonis occupat: stella vō orientalē. Hinc tres modos distinguim⁹. Unus est quādo statim post solem occidentē stella oritur. et hic videri potest. Alius quando sole occidente stella oritur. que non videſ. **T**ertius quando post stellam ortā statim sol occidit. sed neq; modus iste sensum intrat. **O**ctaue habitudini mediationis celi vespertine nomen erit. que accidit dū solem in occidente: et stellam in medio celi supra terram aut subtus statuemus. Hec habet tres modos. **Q**uo:um unus dum post solem occidentem stella statim cœlum mediat: supra terram quidē aut sub terra. Alius dum simul sol occidit et stella celū mediat. **T**ertius quando post stellam cœlum mediantem sol occidit. **N**ona habitudo erit quando sol et stella in occidentali parte horizonis continentur: et dicitur occasus vespertinus. Quam in tres partiemur modos. Unus accidit quando stella sub radijs solis existens: occidit post solis occasum. Alius quādo sol et stella coniuncti simul occidunt. **T**ertius quando stella radijs solaribus implicita: ante q̄z sol occidit.

Propositio vi.

Stella fixa cui⁹ ab arietis initio alteroq; polo rūm eclyptice remotio noscitur: quantā ab equinoctiali declinationem habeat elaborare.

Dingam huius causa colurum maximas solis distinguenter declinationes: qui sit circulus. a.b.g.d. sub quo medietatē equinoctialis circuli. a.e.g. et medium eclypticam. b.e.d. describam. et sit punctus. e. caput arietis aut libre. sitq; b. polus eclyptice. z. vō polus equinoctialis. **D**onatur itaq; stella p: libito in puncto. t. productis arcubus. h.t.k.l. et. z.t.m.n. querimus arcum. t.n. **Q**uaia autē a puncto. a. descendunt duo arcus. a.h. et. a.n. a quo:ū terminis alij duo. h.l. et. n.z. reflegi se secant in puncto. t. Erit per viam coniunctionis p: propo:tiō sinus. h.a. ad sinum arcus. a.z. composita ex duab: p: propo:tiōne sc̄z sinus arcus. h.l. ad sinum arcus. l.t. et propo:tiōne sinus arcus. t.n. ad sinum arcus. n.z. **Q**uinq; autē horū nota sunt: quare et sextū cognitū veniet. **E**st enim arcus. a.h. notus ppter. a.z. quadrante: et. z.h. equalem maxime solis declinationi. Sic arcus. a.z. notus est. item arcus. h.l. notus fit. **L**um enim arcus. k.l. erectus sit orthogonaliter super eclypticam: erit arcus. e.k. velut ascensio recta. et arcus. k.l. tanq; declinatio respondens fini arcus eclyptice: cuius estimatur hec ascensio recta: sc̄z arcus. e.k. **S**tature ergo arcum. e.k. notum ex hypotesi velut ascensionē rectā: et ex tabula arcum eclyptice sibi respondentem elice. cui declinationē suam inuenias: que erit arcus. k.l. **E**st autem arcus. h.k. quarta circuli. totus igitur arcus. h.l. cognitus erit. Similiter arcus. l.t. p: opter arcum. t.k. latitudinem ex hipotesi notam. et arcum. l.k. prius cognitū. Sed arcus. n.z. est quarta circuli: ergo et cetera.

Corollarium.



Liber

*Proposito Corollarium dicitur.
Dimensiones terminarum quibus
poterat ad eam quantitas
proportionales redigere.*



Proprietas sinus. b. l. ad sinum. l. t. est ut proportio sinus. b. a. ad sinum. t. n.

C sit enim medius positus sinus totus inter sinum. b. et sinum. t. n. fiet proportio sinus. b. a. ad sinum. t. n. composita ex duabus: scilicet proportione sinus. b. a. ad sinum totum: et sinus totius ad sinum. t. n. Sed harum prima est ex duabus: scilicet proportione sinus. b. l. ad sinum. l. t. et proportione sinus. t. n. ad sinum totum. Igitur proportio sinus. b. a. ad sinum. t. n. est ex tribus: scilicet sinus. b. l. ad sinum. t. l. et sinus. t. n. ad sinum totum: et sinus totius ad sinum. t. n. Sed ultime due faciunt proportionem equalitatis. igitur patet corollarium facilius sic. Quia ab arcu. l. b. descendunt duo perpendiculares super. l. g. scilicet b. g. et t. n. igitur proportio sinus. l. b. ad sinum. b. g. est sicut proportio sinus. l. t. ad sinum. t. n. Quod si aliter per scientiam triangulorum sphericalium velis concludere: sic agas: Triangulus. k. e. l. duos angulos. k. e. l. et e. k. l. notos habet. Primum quidem propter maximam solis declinationem notam. Secundum vero quia rectus est. Arcus etiam. k. e. notus est. quare arcus. k. l. per scientiam triangulorum sphericalium notus erit cum arcu. l. e. et angulo. k. l. e. Sic itaque totus arcus. t. l. notus erit. Sed trianguli. t. l. n. duo anguli. t. l. n. et t. n. l. noti sunt. ergo arcus. t. n. qui est declinatio stelle cognitae veniet: quod querebamus. Vt autem declinatio ipsa meridionalis sit an septentrionalis: hoc habetur iudicio. Si posueris punctum. b. polum septentrionalem eclyptice: et latitudinem stelle septentrionalem: erit declinatio septentrionalis. Si vero stelle fuerit meridiana latitudo: minor: tamen arcus. k. l. qui scilicet ex circulo latitudinis inter eclypticam et equinoctialem cadit: declinatio iterum septentrionalis erit. Si vero eius ei: nulla erit stelle declinatio. Quod si latitudo maior: arcu fuerit: erit declinatio stelle meridiana. Hoc pacto te in singulis situibus expediias.

Propositio vii.

Enunciatum eclyptice cum quo stella celum mediat discernere.

Prehabita dispositio respice figuram: que habet arcus. a. b. a. n. b. l. et. n. z. Erit enim per viam disiunctionis proportio n. l. ad. l. a. composita ex duabus: scilicet proportione n. t. ad. t. z. et proportione b. z. ad. b. a. de sinibus tamen volo intelligas. quod etiam proportio b. z. ad. b. a. componitur ex proportione z. t. ad. t. n. et proportione n. l. ad. l. a. quod sic constat. Nam z. b. ad. b. a. proportio est que relinquitur subtractioni proportionis n. t. ad. t. z. a. proportione n. l. ad. l. a. Ex. t. z. igitur in. n. l. fiat. p. ex. n. t. in. l. a. fiat. q. erit. z. b. ad. b. a. sicut p. ad. q. Plaut est aggregate ex duabus: scilicet t. z. ad. n. t. et. n. l. ad. l. a. ut ex modo addendi proportionum sumitur. quare z. b. ad. b. a. componitur ex duabus: scilicet z. t. ad. t. n. et n. l. ad. l. a. Sed quinq[ue] horas nota sunt. nam declinatio stelle nota est cum eius complemento. Sed arcus. l. a. cognitus est: quoniam est complementum arcus. e. l. pridem noti. unde arcus. n. l. notus prohibetur. quo dempto ex arcu. e. l. noto: relinquetur arcus. e. n. notus. Punctus igitur. n. notam habebit distantiam ab eo puncto equinoctialis: unde ascensiones rectas inchoare volent. Quare per ea que in secundo libro dicta sunt: punctus eclyptice in istis respondens ascensionibus notus erit. cum eo autem stella ad meridianum motu primo perueniet: quod petebatur. Quod si alio processu idem cupias: age quemadmodum dicam. Ex precedenti erat arcus declinationis. t. n. notus cum angulo. t. l. n.



Octauus

sed et angulus. t. n. l. notus est: quia rectus. trianguli igitur. t. l. n. duos angulos cum latere uno notos habet: latus. l. n. notum erit. Pridem autem cognitus erat arcus. e. l. si igitur arcum. l. n. ex arcu. l. e. dempseris: residuabitur arcus. n. e. notus: de quo ut prius te absoluas.



Propositio viij.

Propositio eclyptice quod cum stella oritur inquirere. Sit meridianus circulus. a. b. g. d. sub quo medietas eclyptica. e. a. e. g. cum medietate horizontis orientalis. b. e. d. stella autem quia oritur sit. h. ducaturque a polo equinoctialis meridionali. z. quarta circuli per punctum. h. que sit. z. h. t. igitur punctum. t. cum quo stella mediat celum: ex precedenti notum est. cum ipso tamen non oritur stella in sphaera obliqua: licet in sphaera recta hoc fiat. sed oritur cum puncto equinoctialis. e. Inuenio igitur puncto. e. quantu[m] scilicet ab eo punto distet: a quo ascensiones recte incipiunt: cognitus erit punctus eclyptice ei ad hunc horizontem respondens: cum quo dico stellam oriri. Quia autem inter duos arcus. a. e. et. a. z. alii duo se secant: qui sunt. e. b. et. z. t. erit per viam divisionis proportionis. z. b. ad. b. a. composita ex duabus: proportione scilicet. z. b. ad. b. t. et ex proportione. t. e. ad. e. a. de similibus rectis intellige. Quinque autem horum nota sunt: igitur sextum cognitum erit: arcus scilicet. t. e. et erit punctus. e. notus: cum puncto eclyptice qui cum eo et stella. h. oritur. Idem per scientiam triangulorum triangulus. e. h. t. latus. h. t. notum habet. Est enim declinatio stelle ex superiorib[us] nota. Sed angulus. e. t. h. rectus est. et angulus. h. e. t. notus: proper inclinationis equinoctialis: que nota supponitur. et est arcus. a. b. quare arcus. t. e. cognitus veniet: et reliquum vt ante. Ex hac denique propositione arcum diurnum stelle cognoscet. Si enim arcum. t. e. a quadrante dempseris pro stellis declinationem habentibus meridionalem. aut eum quadrati adiiceris pro stellis septentrionalibus: prodibit arcus semidiurnus cognitus. Quo duplicato proueniet arcus diurnus. Quem si ex toto minuere circulo: arcum nocturnum videbis relictum.

Propositio ix.

Stella fixa cum quo puncto eclyptice occidat inuestigare.

In figura precedenti statue arcum. t. k. equalem arcui. t. e. ad partem diuersam ab arcu. t. e. procedendo. Erit enim punctus k. equinoctialis: cum quo occidit stella notus. Punctus igitur equinoctialis ei diametraliter oppositus: qui oritur stella occidente: cognitus veniet. et ideo punctus eclyptice oriens stella occidente: scitus erit. cui quidem per diametrum oppositus punctus in eclyptica notus erit: qui querebas. Ut fidem faciamus huic operi: sit horizon obliquus. s. l. b. h. supra quem medietas equinoctialis. k. a. e. et due portiones parallelorum. l. b. s. o. quas describunt due stelle supra horizontem. Quarum una meridionalis sit: alia vero septentrionalis. Productisque a polo mundi. z. supra horizontem elevato arcibus. z. o. m. z. t. b. z. r. l. et. z. s. n. Stella itaque meridionalis oritur in puncto horizontis. h. cum puncto equinoctialis. e. et mediat celum cum puncto equinoctialis. t. sed occidit in puncto horizontis. l. cum puncto equinoctialis. k. celum autem mediat cum puncto. r. qui idem est cum puncto. t. Itaque. quod est ortus: sequitur punctum. t. mediationis celi. punctum autem. k. quod est



Liber

occasus: precedit idem punctum mediationis celi. et duo arcus. t.e. et. k.r. equales sunt: quoniam proportionio sinus arcus anguli. t.e. b. ad sinum arcus. t.b. est sicut proportionio sinus arcus anguli. r.k.l. ad sinum arcus. r.l. Est enim angulus t.e.b. equalis angulo. r.k.l. et arcus. t.b. equalis arcui. r.l. Sed hec proportionio est sicut sinus totius ad utriusque arcuum. b.e. et. k.l. sinu. Est enim utriusque angularium. e.t.b. et. l.r.k. rectus. quare arcus. b.e. est equalis arcui. k.l. Item sinus complementi arcus. t.b. ad sinum totum: sicut proportionio sinus complementi arcus. b.e. ad sinu complementi arcus. t.e. Similiter sinus complementi arcus. l.r. ad sinum totum: sicut sinus complementi arcus. k.l. ad sinum complementi arcus. k.r. Cum autem omnia relativa sint equalia: erit sinus complementi arcus. t.e. equalis sinus complementi arcus. k.r. et ideo arcus. t.e. equalis arcui. k.r. Hoc simili via ostendes pro stella septentrionali. Verum punctus equinoctialis qui cum stella oritur: precedit punctum mediationis celi. Punctus autem qui cum ea occidit: sequitur punctum mediationis celi. cuius contrarium in stella meridiana accidebat.

Propositio x.


Data declinatione stelle: et gradu cum quo celum mediat: latitudinem eius et verum locum in ecliptica distinguere.

Repetat figura septime huius: in qua dati sunt arcus. e.m. et. t.n. propositum est inuenire arcus. t.k. et. e.k. Ex arcu. e.m. sim scieta declinationi notus erit. n.m. hinc. m.z. et. m.t. dati. Sed proportionio sinus. m.z. ad sinum. z.b. est sicut proportionio sinus. t.m. ad sinu t.k. igitur latitudo stelle nota. Item proportionio. b.z. ad. z.b. componit ex duabus: scz. b.t. ad. t.k. et. k.m. ad. m.b. quorum quinqz nota iam fuerunt. igit. k.m notum fiet. quare. e.k. notus: qui querebatur.

Propositio xi.

Napparitionibus stellarum fixarum et occultationibus postremo cogitare.

Stellis fixis quandam sol adducit passionem: ut que nunc visui latent: vicinitate solis id efficiente: postea sole: quantum oportet: ab eis remoto appareant. Quedam vero tametsi visu post solis occasum comprehendant: mox tamen ad eas appropinquare sole disparere incipiunt. Inuenta est igit occasio illarum passionum vicinitas scz solis ad stellas. Verum quo in tempore: quanta solis distantia accidat: scitu admodum difficile fuit. Si enim in ecliptica acceperimus duas stellas unequalis magnitudinis: minor erit arcus ecliptice: qui inter stellam maiorem earum primo apparentem et solem ipsum est: quod arcus ecliptice: qui inter solem et stellam minorem est in principio apparitionis sue. Radij namque stelle maioris quia fortiores et multipliciores sunt: vicinius obtunduntur. Sola igit distantia solis a stella in ecliptica principium apparitionis indicare non poterit. Amplius non quelibet due stelle equales a sole habentes distantias apparebunt. Ponam enim medietatem horizontis orientalem. b.e.d. et medietatem ecliptice orientalem. a.e.g. Sitque polus horizontis punctus. z. a quo ducatur arcus. z.t.b. per centrum solis in principio apparitionis stelle: quem punctum. e. designat. Erigamusque arcum. k.l. orthogonaliter ad eclipticam. Stella igit in. e. apparebit: dum a sole per arcum. ecliptice. e.b. distat. Stella






Octauus

vo in.l.latitudinem septentrionalem.k.l.habes equalis stelle in.e.per arcum
eclyptice.k.b.in principio apparitionis sue a sole distabit. Constat autem arcum
k.b.minorem esse arcu.e.b. ¶ Preterea stellis equalibus:sue in ecliptica fue-
rint:sue extra eam:latitudines equales eiusdem partis habentibus non erit
indictum idem prime apparitionis. ¶ Cum enim ex secundo libro manifestum
sit:eclyptice ad horizontem variari inclinationes:sit angulus huiusmodi in
inclinationis.d.e.g.maior:angulo inclinationis.m.b.n.r sit.e.stella in eclipti-
ca primu apparet.b.locus solis. Sit quoque o.stella in ecliptica equalis stel-
le.e. Si itaque posucrimus solem sub horizonte in.k.ducto arcu.x.l.k.vt arcus
o.k.distantia scz stelle a sole equalis sit arcui.e.b.erit arcus.l.k.mino:arcu.t.b.
Est enim proportio sinus arcus.k.l.ad sinum arcus anguli.b.e.t.mino:qui
utraque earum est vt proportio sinus arcus.e.b.ad sinum totu:propter arcus
e.b.ct.o.k.equales.it estque angulos.t.et.l.rectos.quamobrem in secunda figu-
ratione sol erit vicinior superficie horizontis:que in prima.z ideo lumen eius
supra horizontem fortius z multiplicius obtunditur.ergo lumen stelle in.o.
posite magis quam stelle in.e.Sed stella in.e.primu apparet.ergo stella in.o.eq-
uis ei non apparebit. Necesse est igitur:si stellam in.o.apparentem volumen:
quod sol distantius ab eo remouetur.quod fiet dum solem in puncto.q.imagi-
nabimur:z arcum.p.q.equalem arcui.b.t.statuemus. Consideranti igitur
Ptolemeo subtiliter hec omnia:visum est opere preicum:vt stellis ynius ma-
gnitudinis vnu statueret medium:quo sciretur apparitionis aut occultatio-
nis initium ad omnem horizontem:ad omnemque zodiaci locum:sue latitudine
stella habuerit:sue non. Hoc medio inuenit arcum circuli magni per polos
horizontis z solem transcurrentis:arcum inquam soli z horizonti incidentem in
principio apparitionis aut occultationis stelle.que quidem vocabimus arcu
visionis. Sed z arcus ille varietatem habet propter diversa climata. In cli-
matibus enim septentrionalibus:quia grossior existit aer:arcus ille maior:erit
que in climatis meridiei propinquatis. Ea quoque ratione in uno climate
diversitas queque modica est:varietate aeris accidere videbitur.

Propositio xij.

Accū visionis consideratiōe t numero certis elicere.
Sex magnitudines stellarū huiusmodi arcum sexū pli dif-
ferentia inuentum exigunt. Elige ergo stellas; que oī iunct sole
apud principium canceri existente: q̄ tunc aer bonam puritatē
habeat. eas tñ que prope eclipticā sunt stellas accepisse nō erit
inutile. Considera itaq̄ locum in ecliptica stelle primū appa-
rentis: cum sua latitudine: siquām habeat. Locum quoq̄ solis numeratione
certa cognosce: vt scias quanto ecliptice arcu stella distet a sole. Quo habito
ad figuram oculos conuerte. In q̄ circulus meridianus est. a. b. g. d. sub quo
medietas horizontis. b. e. d. medietasq̄ ecliptice. a. e. g. t stella primū appa-
rens sine latitudine in. e. sole sub horizonte posito in. z. producto arcu circuli
magni a polo horizontis per centrū solis: qui fit. b. t. z. querimus arcum. z. t.
Quia aut̄ a finibus duorum arcuum. b. h. et. h. z. in puncto. h. cōmunicantū
duo arcus. b. t. et. z. a. reflexi se secant in pūcto. e. erit propo:tiō. z. t. ad. t. h. cō-
posita ex propo:tiōne. z. e. ad. a. e. et propo:tiōne. a. b. ad. b. h. de simib⁹ acci-
pe vñdecimā viā permutationis. Propo:tiō. a. b. ad. b. h. componeſt ex pro-
po:tiōne. a. e. ad. e. z. t propo:tiōne. z. t. ad. t. b. Sed arcus. a. b. notus est pro-
pter latitudinem regionis notam: t declinationem medi⁹ celi. arcus. b. h. est



Liber

quarta circuli arcus.a.e.propter gradum medij celi et locum stelle cognitos Arcus vo.e.3.est distantia stelle a sole nota. et arcus.b.t.quadrans. quare cu omnia preter arcum.3.t.nota sint: erit et ipse scitus. **C**Quod si breviori syllogismo voles: scias proportionem sinus arcus anguli.t.e.3.ex secundo libro noti ad sinum arcus.3.t.quesiti esse ut proportionem sinus totius ad sinum arcus.e.3 noti. vnde cognitus erit arcus.3.t qui querebatur. **I**pse vo omnibus stellis equalibus stelle in.e.posite: siue ad apparitionem: siue ad occultationem seruiet. **S**i vo stella primu apparenſ latitudinem habuerit: et quesueris arcum visionis: hoc pacto te expedes. **A**nneat prior dispositio: hoc tñ notato q stella sit in.l.puncto horizontis: habens latitudinem septentrionalem. **S**itqz polus mundi arcticus.x. et polus ecliptice.y. productis arcibus circumlorum magnoru.k.l.y.l.x. et.x.y. **S**i itaqz stella fuerit in principio canceri vel cap:icorni: erunt duo arcus.k.l.et.l.x. sibi directe coniuncti. et erit.l.x.notus ex precedentibus: quia complementum declinationis stelle. **E**st et arcus.d.x. equalis latitudini regionis scitus. **A**ngulus vo.d.est rectus. quare per scientiam triangulorum sphericalium angulus.d.l.x.notus erit: et ei cōtrapositus k.l.e. **E**st aut angulus.e.k.l.rectus: et arcus.k.l.scitus. **L**um igit triangulus k.e.l. duos angulos habeat notos: et latus vnū cognitum: reliqua latera cu reliquo angulo patebunt. **S**ed locus stelle in ecliptica notus est cum loco solis: ergo arcus.k.3.not^o. **T**rianguli itaqz.e.t.3.angulus.t.e.3.scitus est. et.e. t.3.rectus. latus etiam.e.3.notum. quare ex scientia triangulorum sphericalium arcus.t.3. qui querebatur notus prodibit. **D** si stella non fuerit in principio canceri aut cap:icorni: triangulum.l.x.y.aduerte: cuius duo latera.l.x. et.z.y. nota sunt. **L**.x. quidem complementum est declinationis stelle. x.y. equalis maxime solis declinationi. **S**ed angulum.l.y.x.notum reddit distantia veri loci stelle a principio canceri vel capricorni: per scientiam igit speralium triangulorum angulus.x.1.y.notus erit. **S**ed et angulus.d.l.x. processu priori notus fuit: relinquetur igitur arcus.d.l.y.cognitus: et ei cōtrapositus.k.l.e. **L**tera vt ante in stellis meridianam latitudinem habentibus: mutata dūtarat figura: syllogismo triangulo:ū sphericalium faciliter expedes.


Propositio

xij.


Ognito stelle loco latitudine carētis: quantum arcum ecliptice soli et stelle ipsi iam primo apparēti intercidere oportet: patefacere.



Repetita priori figura: in qua duo arcus.h.b. et.h.3. a punto.h. descēdunt: et inter quos duo alij.b.t. et.3.a. se secant. erit prop̄tio.3.t.ad.t.b.composita ex duabus proportionib^o yna scilicet.3.e.ad.e.a.alia.b.a.ad.b.b.de sinibus intellige. **E**t via permutatio nis prop̄tio.h.t.ad.3.t.composita ex prop̄tione.h.b.ad.a.b. et prop̄tio ne.a.e.ad.e.3. Sunt autem omnia preter sextum nota. **H**.t enim quadrans est.t.3.arcus visionis ex precedēti notus.h.b.quarta circuli.a.b.altitudo meridiana gradus medij celi. **E**t arcus.a.e.notus est: p:opter ascendens notū. **E**st enim locus stelle orientis cognitus. erit itaqz arcus.e.3.cognitus: distantia scilicet solis a stella in principio apparitionis. **F**acilio: cu syllogismo inuenies idem: si scientiam triangulorum sphericalium consulas. In triangulo enim.t.e.3.angulus.t.e.3.notus ex secundo libro. et arcus visionis.t.3.cognitus. **A**ngulus enī.e.3.rectus. quare arcus sibi oppositus inuentus erit.




et qz in
pallina ap
plorat.



Octauus

Propositio xiiij.

Iud si stella latitudinem habet: idem concludere.
Precedente aspice figuram: ubi stella in puncto. l. scita est. erit aut arcus. l. x. directe giuctus arcui. k. l. dum stella in principio cancri vel capricorni fuerit. et erit ipse arcus. l. x. cognitus: quoniam est complementum declinationis stelle ex predictis note. Arcus quoqz d. x. notus est: quia eleuatio poli arctici. sed angulus. l. d. x. rectus: ergo per scientiam triangulorum sphaeralium angulus d. l. x. scitus erit: et ei contrapositus. k. l. e. Sed angulus. k. est rectus. et arcus k. l. latitudinis scitus. quare arcus. e. k. dabitur notus. eritqz angulus. k. e. l. notus. **T**riangulus itaqz. t. e. z. duos angulos. t. e. z. et. e. t. z. rectum habet notos: cum latere. t. z. arcu scz visionis cognito. ergo latus eius. e. z. scitu veniet. cui si arcum. e. k. notum dempseris: relinquens arcus. k. z. cognitus: qui est distantia Solis a stella iam primū apparente. **S**i stella non fuerit in principio cācri vel capricorni: sic procede. **T**riangulus. l. x. y. duo latera. l. x. et. x. y. nota habet. l. x. quidem complementum declinationis stelle. et. x. y. equatur maxime Solis declinationi. Item angulus eius. l. x. y. cognitus erit. **D**istan-
tia enī veri loci stelle a principio cancri vel capricorni nota supponitur: q̄re per scientiam triangulorum sphaeralium angulus. x. l. y. scietur. **A**nguli aut d. l. x. quemadmodum prius inuenies: a quo si dempseris in hac configuratione anguli. x. l. y. manebit angulus. d. l. y. notus: et ei contrapositus. k. l. e. **D**einde *Et si subtraheret se latus by radii et c. non feriret quantum ibi anglo. Et hoc notus ei contrapositus ab e. l. e. re*



Propositio. xv.

Glantus arcus ecliptice Solem a stella in principio occultationis remoueat dinumerare.

Principium occultationis apud occidentalem horizontis partem sicut initium apparitionis in oriente contingit. **A**rcus quoqz visionis qui apparitioni seruit: et occultationi vtilis erit. Nihil ergo apparitionis opus habuit: quod occultationi non seruet. hoc uno dempto: q̄ pro angulo quem horizon cum ecliptica continent orientali: in occultationibus accipias angulum occidentalē horizonte et ecliptica comprehensum.

Explcit Liber Octauus Epitomatis

Sequitur Monus.

Liber

Liber Nonus Spherarum celestium Ordines: Plane tarū
in omni diuersitates: eorumq; medios motus: Theoricā quoq;
totam Mercurij speculando disquirit.

Propositio

Prima.



Sphere celestes quo ordine ha-
bende sint ostendere.
Maiores nostri varias de hoc ba-
buere sententias. Hoc in uno tñ cõue-
niebant omnes: q; sphaera stellarū fixa-
rum ceteris omnibus planetarū orbi-
bus sublimior esset. Sub qua sphaeram
Saturni: inde sphaeram Iouis: et sub
bac sphaeram Martis cōcorditer odi-
nabant. Lune item insimū deputabat
locum: et quidē sapiēter: siue q; solaris
eclypsis perhibeatur occasio: siue q; di-
uersitatē aspectus inter omnia astra
cognitu manifestorem habeat. De re-
liquis aut̄ tribus p̄trouersia fuit. Vetusissimi enī sub Marte Solē: sub quo
Venerem: et supra Lunam Mercuriū o: dinabant. Posteri vñ: qui coniunctio-
nib; Solis cū Venere et Mercurio oculos adiecerē crebrio: es: dū solis ecly-
psim Veneris et Mercurij venisse occasiōib; nunq; sentirēt: eos supra Solē
locandos censebant. Alpetragnis aut̄: qui motuū diuersitates: atq; eo:ū ap-
parentes velocitates incurtatione quadā accidere putabat: sub Marte Ve-
nerem: sub qua Solem: deinde Mercurium statuebat. Minus enī incurtat
Venus a motu primo q; sol: ex parte quidem epicycli. Mercurius aut̄ plus
q; Sol. Harum autem opinionū: ea quam antiqui sectabantur: modernis
accepta est. Nec mirum si a Venere et Mercurio Soli: sub quo sunt coniuncti
Sol ipse non eclypsetur. Potest nāq; Soli alter eorum coniugi fm zodiaci
longitudinem: sic tamen q; linea recta Solis et oculi centra continuans: per
centrum planete non transeat: velut in coniunctionibus luminariū sepe acci-
dit. quare tunc radios Solis ad oculum venire nō prohibebūt. Preterea
cum eorum corpora Solis comparatione admodum parua videant: ita q;
antiqui Veneris diametrum visualē referente Albategni Solis subdeci-
plam ponebāt. Et ob hoc superficiem eius visib; nostris obiectam: que vt
plana est apud sensum: subcentuplam ad superficiem Solis esse oportet. Si
posuerimus tria centra Solis Veneris et oculi in una recta linea: insensibi-
le erit: quod Venus ex superficie Solis visui subtrahet. Amplius magina
Lune a centro mundi distantia semidiametrum terre. 64. fere vicibus conti-
net. Minima vñ Solis a centro mundi distantia eandem fere semidiame-
trum. 1070. vicibus aut amplius habet. Sicut igitur vt distantia inter duo lu-
minaria sibi q;uinissime approximata: semidiametrum terre. 1006. fere vi-
cibus cōtineat. Hoc aut spaciū natura non finit vacuum: necessario igitur
quoddam celeste corpus ipsum occupabit. Sed id corpus de integritate erit
orbiū Solis et Lune. frustra enī tāta moles in celo p̄mitteret. Quamobrem
spaciū illud Veneris et Mercurij duobus orbibus cōmoditate naturali yen-

Nonius

dicabitur. Utet autem horum supra alterum situtetur: nulla certitudine deprehēdi potest. Mercurius enim in plerisq; climatibus rarissime apparet. Et si apparet: id sit quando est circa longitudines medias epicycli. tunc autem licet habeat diuersitatem aspectus: ea tamen multo minor est q; ipsa: quam haberet si esset in opposito augis epicycli. Quare huiusmodi diuersitas aspectus: ad vngue non potest elici: cum nec instrumentis huic rei necessariis: nec q; in motibus Mercurij numerandis: omnem precisionem habere possimus. Idem de Venere estimandum erit.

Propositio .ii.

Diuersitates motuum qua via cognite sint exprimere. Principio in his quinq; stellis manifeste apparuit motus secundum successionem signorum: ab occidente seq; ad orientem: per relationem ad stellas fixas. Deinde notabant primi philosophi aliquanto tempore ad sensum loca sua non mutare: et post contra successionem signorum moueri. Intelligebat etiam: q; huius motus diuersitas ad Solem haberet colligantiam. Nam post coniunctionem alicuius trium superiorum cum Sole viderunt eos moueri motu ac modum veloci: et pedetentim minui velocitatem hanc: donec apparerent stationarij: et postea retrogradi. Quiaq; totum tempus retrogradationis dimidiarent: inuenierunt in huius temporis medio Solem ipsis oppositum. Et quia ceteris operacionibus idem sub una habitudine redire videbatur: iam certum conclusere: q; in omni coniunctione media Solis cum aliquo horum trium rediret diuersitas huius motus. Similiter in omnibus equalibus ceteris a Sole distantias. Postea vero considerabatur eos dum haberent eam a medio loco Solis distantias a coniunctione eorum cum Sole: Inuenientq; motus eorum in his temporibus fere equalibus non eam aequalibus. Idem etiam fecerunt per distantias locorum: in quibus stelle post coniunctionem videbantur stationarie. eas namq; distatias ineq;les coperiebat. Id vero nequaquam accidere potuit: nisi aut motus orbium super ceteris suis fuissent irregulares: quod natura quidem horret. Aut centra orbium eorum a centro mundi essent diversa. Et quia duplices inuenierunt diuersitates: duplices orbites: quibus eas accidere verisimiliter esset: ponere cogebantur. Si autem diuersitati que in coniunctione ceteris cum Sole reuertitur dederunt orbem revolutionis. Nam tempus quod est a motu planete velocior ad motum mediocris: videbatur maius tempore quod est a motu mediocri ad motum tardioris: quod maxime orbi revolutionis copet: minime vero eccentrico. Itē ad motus latitudinum saluados: de quibus inferi: hic orbis est accommodatio. Sed diuersitati secundae eccentrici attribuerunt. Inuenierunt enim tempus quod est a motu tardiori ex hac diuersitate veniente ad motum mediocris: maius tempore quod est a motu mediocri ad motum velociorē. Preterea duo loca: in quibus motus velocissimi et motus tardissimus hac quidem diuersitate accidunt: moueri ad motum stellarum fixarum comperiuntur: quod non nisi eccentrico orbi accidere potest. In Venere autem et Mercurio epicyclos itidem quibus modis retrogradis esset occasio posuerunt. Dum vero aggregatum ex duabus longitudinalibus a medio loco Solis: vespertina scilicet et matutina considerabatur. In uno loco zodiaci inuenierunt ipsum diuersum in quantitate ab aggregato huiusmodi quod in alio loco accidebat. Opportuit ergo epicyclum in uno loco terre viciniorum esse q; in altero. Ideoq; orbem: cui epicyclus insigif: necessario eccentricum posuerunt.

Propositio .iiij.

Modus motus harum stellarum quibus temporibus mensurari incertum sit enumerare. Quia animū inducimus scire loca harum stellarū vera ad omne tps: et motū earū veri ex supradictis in sua velocitate irregulares sunt: Logitādū fuit de medio quo extraherent huiusmodi vera loca: scz de tpe noto cui motū mediū respōdeat notū. Illud autē nō potuit fieri p statōes stellarū: velut antiquorū quidā fecere: scz vt arcū a stella p̄trāsitu in tpe qd est inter duas stationes: dicerem⁹ ēē mediū motū huic temporis respondentem. Nam neqz tempus illud satis precise comprehendendi potest: cum stella tempore notabili in vno pene loco manere videatur. neqz arcus huiusmodi inter duas stationes primas eales sunt propter eccentricū. Per ortus etiam earum non erit via. Stelle enim primo apparentes: subito dispartent: ita q loca earum comprehendendi nequeant. Atqz aer ipse: vt nūc citius: nunc tardius apparent: occasio est. **P**reterea p considerationes ad stellas fixas nihil efficitur. Licet enim in tempore noto planetarum aliquis ad stellam fixam rediens: arcum descripserit notum: tamē quia motus eius circa centrum mundi irregularis est: accidet forte q bunc arcum: aut ei equalem describet alias in tempore maiori aut minori. Nō igitur comprehensus erit arcus mediū motus. Illud deniqz nōnihil erroris ingerit: q stelle apud horizontem: et apud celi medium non equaliter inter se distare videntur.

Propositio .iiij.

Enī qua via incedendum sit eligere. **O**bseruandū est: vt eo:ū aliquis a medio loco Solis certā habeat distantiam: et sit in parte zodiaci nota sūm longitudinē. Deinde vō expectandum: donec planeta reuertetur ad eundē locum. et cum hoc eam quam prius a medio loco Solis distantiam habeat. hac conditione stante: certum est redisse priores diuersitates: in epicyclo quidē propter eandem a loco Solis medio distantiam. Et in ecētrico quia ad locum in quo prius erat centrum epicycli reuersum est. Sed notum erit tempus inter duas considerationes: et notus erit numerus reuolutionum in longitudine et diuersitate. Nam in tribus superioribus numerus reuolutionū integrarū in diuersitate ad certū tps equantū numero reuolutionū Solis in eodē tpe: vt facile ex superiorib⁹ dictis elicies. In Venerē autē et Hēcurio numer⁹ reuolutionū lōgitudinis equāf numero reuolutionū solis. hi enī tres mot⁹ medios eqles hñt: qm a Sole Ven⁹ et Hēcurius certos limites nunqz excedūt. Lēctrū numer⁹ reuolutiōis Veneris et mercenrii in diuersitate facile habebif: si tps vni⁹ reuolutiōis huiusmodi ppeverū pri⁹ considerabim⁹. Reditiones autē has velut ex Abrachi didicit Ptol. et recitat hoc oratione. Saturn⁹ h3. 57. reuolutiōes diuersitatis in. 59. annis solarib⁹: die vno: medietate et q̄rta diei fere. Annū vō vocat tps more suo: q Sol ad pūctū eqnoctij seu solstitij reuertif. In tpe autē dicto saturn⁹ h3 reuolutions lōgitudinis duas. et ultra has q̄. 1. et 2. tertias. et medietatē decime vni⁹ grad⁹. Jupif h3. 6ç. reditiōes diuersitatis in. 71. annis solarib⁹: demptis. 4. dieb⁹ medietate et tertia et 15. parte diei fere. Reuolutiōes autē lōgitudinis. 6 demptis. 4. q̄. et medietate et tertia vni⁹ gradus. Mars h3 reuolutiōes diuersitatis. 37. in. 79. annis solaribus: et tribus dieb⁹ et sexta diei; et 10. parte diei

Monus

fere. Et revolutiones longitudinis. 42. et gradus tres et sextam unius. In his tribus numerus revolutionum in longitudine cum numero revolutionum in diversitate simul iuncti equales sunt numero revolutionum solis. Venus habet quinque revolutiones diversitatis in 8. annis solaribus: demptis duobus diebus: et quarta dici: et parte vicesima diei fere. Revolutiones vero longitudinis totum quot sol: scilicet 8. demptis duobus gradibus et quarta unius. Mercurius habet 14. revolutiones diversitatis in 46. annis solaribus: et die uno: et trigesima parte diei fere. Et revolutiones longitudinis 46. quot sol: et parte una.

Propositio .v.

Medios motus quinque stellarum errantium ad singulas temporum dimensiones elicere.

Numerum annorum solarium: quibus sue respondeant revolutiones diversitatis in dies couerte: quibus additum dies qui ultra integros annos superfluit cum fractionibus: si addendi sunt. aut minue: si minuendi. Numerum etiam revolutionum huius temporis in 360. partes multiplicata: et productum dividite per numerum dierum iam habitum cum fractionibus suis: et exibit motus diversitatis medius unius diei naturali correspondens. Huius ad medium motum solis in die differentia in tribus superioribus est motus medius in longitudine unius dici correspondens. Inuenit itaque Ptolemeus quantitates mediorum motuum in his quinque planetis: put in hac tabella vides. ex qua facile est ad singula tempora medios motus tabulare.

Medius motus Longitudinis in die.

	g	m	2	3	4	5	6
Medius motus Saturni	0	2	0	33	31	28	31
Medius motus Iovis	0	4	59	14	26	46	31
Medius motus Martis	0	31	26	36	53	51	33
Medius motus Veneris	0	59	8	17	13	12	31
Medius motus Mercurij	0	59	8	17	13	12	31


Medius motus Diversitatis in die.

	g	m	2	3	4	5	6
Medius motus Saturni	0	57	7	43	41	43	40
Medius motus Iovis	0	54	9	2	46	26	
Medius motus Martis	0	27	41	40	19	20	58
Medius motus Veneris	0	36	59	25	53	11	28
Medius motus Mercurij	3	6	24	6	19	35	50

Propositio vi.

Rium superiorum et veneris diversis motibus occasiones comodas adaptare.

Tribus quidem superioribus et veneri quantum ad motus longitudinis una seruiet habitudo: quam in figura sic accipe. Sit circulus eccentricus. a.b.g. super centro. d. cuius diameter per centrum o: bis signorum transies sit. a.d.g. in quem centro o: bis signorum sit. e. punctus. Erit itaque punctus. a. longitudine eius logior. et punctus. g. longitudine k. 3





propior. sectaqz linea. d.e.in p̄icto. 3.super eo fm quantitatem.a.d.describo circulum.h.t.k.equalem circulo. 3.d.g. t̄ sup centro.t.o:bris reuolutionis cir culū describo: qui sit circulus.l.m.protracta linea.l.t.m.d. Imaginemur aut superficies horum circulorum omniū in superficie o:bris signorum esse: propter facilitatem sequentium. Prīmū itaqz estimandū est: q̄ linea.e.a.per lōgitudinem longiorem t̄ propiorem ecentrici transiens moueatur ad motum o:bris stellarum fixarum: deferendo secum duo puncta. 3. et. d. Deinde q̄ sup f̄m successionem signorum super centro suo. 3. non tamen regulariter super eodem: sed super puncto. d. Post quod epicyclus super centro suo moueatur deferendo corpus planete: in superiori quidē medietate ad successionē signor: in inferiori aut ecōtra. Huius tamen motus regularitas ad punctū in sumitate epicycli respectum habeat. Qui quidem punctus in linea per punctum d. t centrum epicycli transeunte existit. Hoc itaqz pacto ei que per sensum cōperta est diuersitati similis videbitur evenire.

Propositio

vij.

Dhabitudines diuersorum motuum mercurij cōgrue speculari.

A Describā primo circulū. a.b.g. super cuius centro. d. motus mercurij in longitudine regularis statuit. Trāseatqz linea recta p̄ centru. d. t̄ o:bris signor: cētrū. e. que sit. a.d.e.g. eritqz a.lōgitudo lōgio: hui⁹ ecentrici: cui⁹ nomen est equātis. g. vō propio: Deinde ex. d.a.accipio. d. 3. equalem. d.e.super centro. 3. fm quantitatē. 3. d. fiat circulus parvus: qui sit. d.b. Estimandum itaqz erit: q̄ centrū circuli ecentrici deferentis epicyclū: moueatur contra successionem signor: describēdo circūferentiā huius parvi circuli. **S**it nunc igitur centrū ecentrici deferentis in. b. puncto: super quo fiat circulus. t.k. ecentricus deferens equalis circulo. a.g. ecentrico equātī. Ductaqz linea. 3.b.t. angulo. a. 3. t. fiat equalis. a.d.k. super. k. describam epicyclū. l.m. Jam iterum: vt in ceteris: putemus lineam. e.a. moueri ad motum stellarum fixarum: deferēdo secum duo puncta. d. et. 3. punctaqz. a. et. g. sc̄z longitudinem longiorem t̄ propiore equantis. Punctū vō. h. centrū deferētis epicyclū vna cū linea. 3.b.t. imaginemur moueri cōtra signor: successionē regulariter sup centro. 3. in anno solari vna faciēdo reuolutionē. Si r̄ ecentricū. t.k. estimem⁹ moueri sup cētro suo. b. deferēdo centrū epicycli. k. vna cum linea. d.k.l. ad successionē signor: in anno itidē solari reditionē vna faciēdo. Sietqz motus cētri epicycli regularis sup cētro. d. Ideoqz circulo. a.g. cuius. d. est centrū: nomē equātis inditū est. Hinc manifestū erit: q̄ linea. d.k.l. habens in se centrū epicycli: bis in anno solari obuiet linee. 3.b.t. habēti in se centrum ecentrici deferentis. vna quidē vice sup linea. d.a.alia super. d.g. q̄ semp dū cētrū epicycli sit in auge ecētrici: cētrū deferētis in auge parvi circuli. d.b. p̄sistet. **E**picyclū deniqz putem⁹ circa centrū. k. moueri: deferēdo corp⁹ mercurij: in superiori quidē medietate ad successionē signor: p̄tra vō in inferiori. Notus tñ planete in epicyclo regularitatem sumat a puncto in summitate epicycli signato: quem indicat linea a centro equantis per centrum epicycli veniens. Nec est ergo spēculatio motuum in his quinqz erraticis. que quamobrem huiusmodi posita sit: inferio: i loco pedetentim aperietur.



Monus




Propositio viij.

Centro epicycli equaliter ab alterutra longitudinū eccentrici remoto: angulos diuersitatis qui propter eccentricum accidunt: cosqz maximos quibus in centro mundi existentibus semidiameter subtenditur epicycli equales esse. vnde apertū erit lōgitudines veneris maximas a loco solis medio et p̄trarias equales esse.

Cingo propter hoc circulum eccentricum delatum epicycli. a.b.g.d. sup centro.e. cuius diameter per centrū mūdi. z. transiens sit. a.e.z.g. in q̄ quidē diametro resecetur. e.h. equalis. e.z. vt. h. sit punctus ad quem motus regularis attenditur. a. longitudō longior. g. proprio. sumptis angulis. a.h.b. et a.b.d. equalibus super centris. b. et. d. statuo duos circulos equales: epicyclū in duobus sitibus representantes. t̄ p̄duco a centro mundi duas lineas. z.b. z.d. item duas. z.l.z.m. epicyclū contingentes. item semidiametros epicycli. b.l. et. d.m. sit venus in punctis. l. et. m. Quibus sic dispositis: dico angulum. h.b.z. c̄ri angulo. h.d.z. itēqz angulum. b.z.l. angulo. d.z.m. Quia enī angulus. a.b.b. equalis posit⁹ est angulo. a.b.d. erit linea. b.b. equalis. b.d. Facta aut̄. h.z.c̄muni: per quartam p̄imi Euclidis fiet. z.b. equalis. z.d. et angulus. h.b.z. equalis angulo. h.d.z. q̄ sunt anguli diuersitatis propter eccentricum accidentes. Deinceps quoniam anguli. l. t̄. m. sunt recti. t̄ linea. b.z. eq̄lis. d.z. linea quoqz. b.l. equalis. d.m. fiet igit ex penultima primi. l.z.eq̄lis. z.m. Inde per octauam p̄imi angulus. b.z.l. equalis angulo. d.z.m. qui sunt maximi ad hunc situm epicycli. t̄ quilibet semidiametro epicycli subtenditur: que fuere demonstranda. **C**ro corollario aut̄ sint. z.q. et. z.p. equidistantes duabus. b.b. et. b.d. ipse projecto per medium locum solis t̄ veneris transibūt. Sicut aut̄ duo anguli. b.z.q. et. d.z.p. inter se equales: propter eoz coalternos equales. quibus demptis ab angulis. b.z.l. et. d.z.m. equalibus: relinquant. q.z.l. equalē. p.z.m. Sed ipsi sunt due lōgitudines veneris maxime a medio loco solis: t̄ contrarie ad hunc situm epicycli in eccentrico: t̄ planete in epicyclo. Maxime quidē propter. z.l. et. z.m. contingentes epicyclū. p̄trarie vo q̄ vna earū vespertina sit: alia matutina. quare patet propositio.

Propositio ix.

Mercurio quoqz idem indubitanter accidere. In linea recta. a.n. punctus. a. sit centrum orbis signorū. b. centrum motus regularis. g. vo punctus tantum a punto. b. distans: quantum. b.ab.a. Sit centrum parui circuli: cuius circumferentia centrum eccentrici deferentis epicycli describit. ponāqz epicyclū in duobus sitibus super centris. d. et. e. sic q̄ productis lineis. d.b. et. e.b. fiant. g.b.d. et. g.b.e. equalis. Ob hoc enī epicyclus equales a longitudine longiori habebit distantias. Deinde a centro mundi quod est. a. duco duas lineas: quarū vna sit. a.l. alia. a.m. contingentes epicyclū in. l. et. m. in quibus contactib⁹ ad imaginationem putemus stellam esse. Ab. a. quoqz ducte sint. a.e. et. a.d. t̄ due semidiametri epicycli sint. d.l.e.m. Jam dico duos angulos. a.d.b. et. a.e.b. itēqz duos. d.a.l. et. e.a.m. inter se equales. Super p̄cto enī. g. statuo angulū. n. g. z. equalem angulo. g.b.d.




posita. g. s. equali. g. b. similiter angulum. n. g. b. equalem angulo. g. b. e. posita. g. b. eqli. g. b. ductisqz linceis. z. d. et. h. e. planū est ex sup: adictis ppter eq: litatē motuū centri epicycli quidē super. b. et centri eccentrici sup. g. in partes contrarias duo pūcta. z. et. h. vices habere centri deferentis epicyclum ad hos duos situs epicycli. Itē. z. g. continuata occurrat. b. d. in. o. similiter. h. g. cōtinuata occurrat. b. e. in. q. Deniqz a punto. z. descēdat. z. t. perpendicularis super. b. d. et similiter ab. h. descendat. h. k. perpendicularis super. b. e. Quia itaqz duo anguli. o. g. b. et. g. b. o. sunt eq̄iales duobis. g. b. q. et. q. g. b. lateri g. b. cōmuni. erit angulus. b. o. g. equalis. b. q. g. et. b. o. equalis. b. q. similiter. g. o. equalis. g. q. Et cū. g. z. et. g. b. sint semidiametri circuli parui: tota. z. o. eq̄lis erit toti. b. q. Sed angulus. z. o. t. equalis est angulo. b. q. k. et. z. o. b. sit eq̄lis. b. q. b. et. anguli. t. et. k. sint recti. quare. t. o. equalis. q. k. et. perp̄dicularis z. t. equalis perp̄diculari. h. k. idcoqz. b. t. equabitur. b. k. Item. z. d. equalis est. b. e. q. vtraqz sit semidiameter circuli eccentrici. et. z. t. equalis. b. k. et. anguli. t. et. k. recti. ideo. d. t. equalis erit. e. k. quare tota. b. d. equalis toti. b. e. et. facta. b. a. cōmuni duobus angulis. d. b. a. et. e. b. a. equalibus: fiet. a. d. equalis a. e. et. angulus. b. d. a. equalis angulo. b. e. a. qui sunt anguli diuersitatis propter eccentricum accidētes. Deinde quia anguli. l. et. m. sunt recti. et due lincea. a. d. et. d. l. equales duab'. a. e. et. e. m. fiet. a. l. e. q̄lis. a. m. hinc angulus. d. a. l. equalis angulo. e. a. m. qui sunt anguli maximi: quibus semidiametri epicycli subtenduntur ad hunc situm. Hinc aut̄ sicut in venere probabis duas longitudines mercurij maximas a medio loco solis esse eq̄ales.

Propositio x.

Valitatibus diversi motus mercurij cognoscēdis viam parare.

Ad qualitatem diuersorum motuū mercurij cognoscendas non erat via: nisi primo locus longitudinis longioris aut propioris haberef. Hic vero locus non nisi per duas elongationes maximas a medio loco solis equales quidē et contrarias inueniri potuit. Dum enim huiusmodi due elongationes reperte fuerint: et distātia locorum solis mediorū dimidiata fuit. Punctus medius erit locus longitudinis aut longioris aut propioris. **M**erū non satis erit inuenisse generaliter huiusmodi duas elongationes maximas eq̄les et contrarias: sc̄z quārum vna sit vespertina: alia matutina. sed expediet ut ipse sint proprietate manifeste contrarietas: volo dicere: ut vna manifestum habeat augmentum: et alia manifestum decrementum. Et ut illud planius fiat: in figura sit circulus eccentricus equans motum centri epicycli. a. b. g. d. super centro. e. cuius diameter. a. e. z. g. transeat per centrum mundi. z. lineaqz. b. d. orthogonali ter secet lineam. a. g. in punto. z. erit itaqz. a. longitudo longior equantis. g. vero p: opior. sed. b. et. d. lōgitudines medie. apud duo puncta. a. et. g. nulla est diuersitas que propter centrum accidit. Apud. b. aut̄ et. d. maxima sit: q: p: o: cedendo ab. a. ad. b. continue crescit angulus huius diuersitatis. a pūcto vero b. ad. g. cōtinue decrescit. sed a. g. ad. d. rursus crescit: et a punto. d. ad. a. de- crescit. **D**iversitas aut̄ que est propter epicyclū maxima: procedendo ab. a ad eum locum in quo epicyclus terre propinquissim⁹ est: continue crescit: ita ut fm maiorem accessionē ad terram: maior sit illa diuersitas: et fm minorē minor. Ponam⁹ itaqz epicyclum in arcu. a. b. circulum. l. m. super centro. k. ductis ptingentibus. z. l. z. m. et lineis. e. k. k. l. k. m. Et. z. n. equidistante. e. k.



Ponens

erit ex supradictis. 3.n.linea medijs motus solis. et. I.3.n.elongatio matutina maxima a medio loco solis ad hunc situm epicycli. Et angulus.m.3.n.elongatio vespertina. et ad hunc modum in toto arcu.a.b.g.elongatio matutina maxima constabit ex angulo diuersitatis eccentrici: et angulo diuersitatis magis epicycli. Longitudo vero vespertina maxima residuum erit post ablationem diuersitatis eccentrici ab angulo diuersitatis epicycli maxime. Sed huius contrarii accidet in semicirculo.g.d.a.procedente vero epicyclo versus.b.vtriusque diuersitatis angulus crescit. et propterea longitudo matutina manifestam habet causam clementi sui. Unde facile in hoc situ considerari potest longitudo matutina maxima. Longitudo vero vespertina incerti et dubij clementi erit aut non manifesti. Licet enim angulus.k.3.m.crescat: tamen cum hoc etiam angulus.n.3.m.crescat. qui quidem demodus est ab angulo.k.3.m. ut relinquantur longitudo vespertina. Accidet itaque in certo loco arcus.a.b. ut quantum addit decrementum anguli.k.3.m.tantum fere minuat angulus.k.3.n. In certum itaque erit: quando planeta in hoc situ epicycli maximam habeat longitudinem vespertinam. imo in pluribus partibus sibi vicinis putabitur habere euales longitudines vespertinas. Quamobrem inter longitudines maximas: que in arcu.a.b. contingunt: matutina datur nobis consideranda censetur. In arcu vero b.g. quia diuersitas eccentrici decrescit: et diuersitas epicycli crescit: usque veniat epicyclus ad locum terre vicinissimum. Et cum longitudine matutina ex his tunc completetur: erit ipsa incerti clementi. Quantum enim in certo loco huius arcus diuersitas epicycli crescit: tantum forte diuersitas eccentrici minuit. Longitudo autem vespertina: quia tunc relinquit post subtractionem diuersitatis eccentrici a maxima diuersitate epicycli: et diuersitas eccentrici decrescit: alia vero tunc crescit: habebit angulus residuus post subtractionem duplum causam clementi sui. Ideoque in hoc arcu longitudine vespertina sola obseruanda veniet: et longitudine matutina non curanda. In arcu vero g.d. post locum maxime accessionis centri epicycli ad terram: diuersitas propter epicyclum decrescit. sed diuersitas eccentrici crescit. et longitudine matutina residuatur post subtractionem anguli diuersitatis eccentrici ab angulo diuersitatis epicycli. si elongatio matutina notabilis decremeti: vespertina incerti et dubij. In arcu denique d. a. ambe diuersitates decrescent: ex quibus longitudine vespertina consistit. quare ipsa vespertina elongatio manifesti erit decrementi: matutina autem incerti. Ad summam igitur longitudines matutine in arcu.a.b. longitudinibus vespertinis in arcu.a.d. recte contrarie dicentur. Cum be manifesti clementi: ille vero manifesti decrementi sint. Vespertine itidem in arcu.b.g. ad locum centri epicycli centro terre vicinissimum matutinis in arcu.g.d. a loco centri epicycli centro terre vicinissimo contrarie existunt: quod ille manifeste crescant: he vero manifeste decrescant. Reliquarum autem nulle merebuntur inter se dici contrarie. Licet enim contrarias summatum matutinum et vespertinum denominaciones accipient: tamen summatum clementum et decrementum minime. Ille vero quas contrarias recte dirimus: instituto modo conducent. Duabus enim huiusmodi repertis: punctus medius inter duo loca solis media certe locus erit longitudinis aut longioris: aut proprioris eccentrici mercurij. Nam non possunt accidere he longitudines contrarie equales: nisi illud sit quod volumus; ut locus longitudinis longioris aut proprioris sit in medio.

Liber

Ongitudo lōgior mercurij siue ppior:qua in parte orbis signorum existat de promere.



Duas ad hoc accipiamus considerationes Ptolemei: in quibus maiores elongationes mercurij a medio solis equales fuerunt: matutina sc̄ et vespertina. Harū p̄ima fuit in anno. 16. Adriani. 16. die mensis Phemenit: transacta hora vespertina. Videbatur enim mercurius descripsisse unum gradum pisciū: aptato instrumento per aldebaran. Sol v̄o s̄m cursum medium erat in. 9. ḡ. medietate et q̄rta vnius aquarij. Lōgitudo itaq̄ eius vespertina a loco solis medio fuit 21. ḡ. 15. m̄. Alia consideratio fuit in anno. 18. Adriani. 18. die mensis Achita transacto in mane diei deciminoi. Tunc enim per Aldebaran instrumento rectificato videbatur in. 18. ḡ. medietate et quarta tauri. et erat sol per mediū cursum in. 10. ḡ. geminorū. Fuit igitur longitudo matutina maxima. 21. partes: 7. 15. m̄. Differentia aut̄ duorum mediorum motuū solis fuit. 120. ḡ. 15. m̄. cuius medietatē si adiecerimus ad. 9. ḡ. 45. m̄. aquarij: venient. 10. ḡ. arietis: excepta octava parte vnius gradus. quare diameter eccentrici per longitudinem longiorem transiens: secuit orbem signorum in. 9. ḡ. 53. m̄. arietis: cuius petebatur cognitio. Idem quoq̄ per alias duas considerationes Ptolemei exibit. Quarum p̄ima fuit in anno primo annorū Antonij pij. 20. diebus mensis egyptiorū Achita transactus: cuius mane fuit dies. 21. hora quidē vespertina: rectificato instrumento per stellam cordis Leonis: inuenit mercurium in maxima longitudine vespertina in. 7. ḡ. canceri: sole s̄m cursum medium existente in. 10. ḡ. 30. m̄. geminorū. Erat itaq̄ longitudo mercurij a medio loco solis maxima. 26. ḡ. 30. m̄. Altera harum fuit in q̄rto anno Antonij. 18. diebus mensis Phemenit transactis: in mane dici deciminoi. Tunc enim rectificato instrumento per stellam Anchus: que co: scorpionis credit: reperit mercuriū in. 13. ḡ. 30. m̄. capricorni: sole per cursum mediū in. 10. ḡ. aquarij existente. Exiuit itaq̄ longitudo. 26. ḡ. 30. m̄. Differentia aut̄ duorum mediorū locorū solis fuit 239. ḡ. 30. m̄. Quis medietas adiecta solis loco medio prime considerationis: pueniunt. 10. ḡ. 15. m̄. leonis. Per hunc itaq̄ locū diametru eccentrici per ambas longitudines transcuntem opus est procedere.

Propositio xij.



Ongitudinem longiorem eccentrici atq̄ propiore quemadmodum stellas fixas moueri.

Ex considerationibus Ptolemei: et eo: um qui ipsum preserunt: concludere illud hoc pacto conabimur. In anno. 23. quemadmodū scripsit Dionysius Ptolemeo referente. 21. die transacto mensis idis: videbatur mercurius apud stellam vehementer lucidam: que est orientalis in capricorno: distans ab eadem quantitate trium diametroz luminarium septentrionem versus. Tunc aut̄: vt numerauit Ptolemeus: hec stella fuit in. 22. ḡ. et tertia capricorni. Fuit enim in anno. 486. Nabuchodo. 17. die mensis Langut egyptij transacto: in matutino diei. 18. sole s̄m cursum medium in. 18. ḡ. aquarij et sexta existente. Ideo longitudo maior: matutina a solis medio loco fuit. 25. ḡ. et medietas et tercia. Huic aut̄ longitudini Ptolemeus ex antiquis comparem ex duabus tñ elicit hoc modo. In anno predicto. 23. vt scripsit Dionysius: die quarto mensis Thatertun: in hora noctis p̄ima. fuit linea que transit super duo cornua

Ponuſ

tauri diminuta a loco mercurij triū diametroz lunariū q̄ntitate. et estima-
bat q̄ in transitu eius lōgitudo ad meridiem fuit maior: tribus diametris lu-
minaribus: donec locus eius: fm q̄ Ptole. numeravit: esset in. 23. ḡ. et duab⁹
tertijs tauri. Nam fuit in anno Nabuchodo. 486. in mense Pheminit: in
vespertino dici primi eius Sole fm cursum mediū in. 29. ḡ. 30. m̄. arietis exi-
stente. Ideoqz longitudo vespertina mercurij a loco solis medio fuit. 24. ḡ.
10. m̄. Itē: vt scripsit Diony. in anno eius. 28. die septima mensis geminalis
visa fuit stella mercurij obuia capitibus geminorum: meridionalior: quidem
capite gemini sequētis fm quantitatē tertie partis diametri lune. Et vide
batur distare ab eodem capite paulominus duplo eius quod est inter duo ca-
pita. Et quia caput gemini sequentis fm numeratōnē Ptolemei tūc erat
in. 22. ḡ. 40. m̄. geminor: elicitus est mercuri⁹ videri in. 29. gra. 20. m̄. gemi.
Et consideratio fuit in anno. 491. Nabuchodo. 5. diebus transactis mensis
Phormite: hora noctis prima. Sole fm medium cursum in. 2. ḡ. 30. m̄. gemi.
existente. quare longitudo vespertina mercurij a loco solis medio fuit. 26. ḡ.
30. m̄. ¶ Preterea differentia mediorum locorum solis in his duabus consi-
derationib⁹ fuit. 33. ḡ. 20. m̄. Sed differentia longitudinū vespertinarū. 2. ḡ.
20. m̄. Differentia autē longitudinis: cui comparem querimus: sup: a longitu-
dinem primā harum cōsiderationū est unus gra. 40. m̄. Accipienda est itaqz
pars proportionalis ex. 33. ḡ. 20. m̄. fm proportionē. 1. ḡ. 40. m̄. ad. 2. ḡ. 20. m̄.
Ipsa autē prouenit fere. 24. ḡ. addendi ad locum solis medium prime consi-
derationis: scz. 29. ḡ. 30. m̄. arietis: pdibūtqz. 23. ḡ. 30. m̄. tauri. In quo quidē
loco sole existente: sit longitudo mercurij vespertina maxima. 25. gra. 30. m̄.
Reperta est igitur compar longitudo prime: in quibus differentia locorum so-
lis mediorum. 9. ḡ. 20. m̄. cuius medietas est. 4.7. ḡ. 40. m̄. adiecto loco solis
prime cōsiderationis: qui fuit. 18. ḡ. 10. m̄. aquarij: producit. 5. ḡ. 30. m̄. arietis.
Linea ergo per centrum mundi et longitudinē longiorem et propiorem ecen-
trici mercurij transiens hoc tempore fuit in. 6. ḡ. arietis. que per obserua-
tiones predictas Ptolemei venit ad. 10. arietis. Et quia inter has Dionysij et
Ptolemei cōsiderationes fuere. 400. anni fere: constabit hanc lineam motā
esse in. 400. annis fere p. gra. 4. q̄re in. 100. annis mota fuit p. ḡ. 1. fere. sed et
in tauro in tāto tempore tantus stellarum fixarum motus suo in loco: vt per
Ptolemeum predicabatur: quare apertum est quod intendimus.

Propositio xij.

Opliori obseruationum testimonio idem confir-
mare.

ADionysius ille: quemadmodum scripsit Abrachis in anno
24. 18. diebus transactis mensis leonū: considerauit mercuriū
hora vespertina precedere spicam: scz contra successionē signo
rum plus tribus gradibus parum. Et ideo fm Ptolemei con-
siderationē et numeratōnē mercurius erat in. 19. ḡ. 30. m̄. virginis. Fuit autē
hec cōsideratio in anno Nabuc. 486. 30. die mensis decimi Benn. Ideo
sol fm numeratōnē per mediū cursum fuit in. 27. ḡ. 30. m̄. leonis. quare lon-
gitudo vespertina a loco solis medio fuit. 21. ḡ. 40. m̄. Huic vero longitudini ve-
spertine non reperit Ptolemeus matutinalem comparē in scriptis antiquo-
rum. Elicuit tamen eam ex duabus alijs: quemadmodum in premissa factū
est. In anno nāqz. 75. Chaldeorū. 4. die mensis postremi Tisim: visus est
mercurius apud stellam orientalem: que est supra lancem libre meridionale

leoniōis

Liber

Erat autem hec stella distans a mercurio in latitudine quidem per cubitum et dimidiū. et locus eius in. 14. g. 10. mi. libre. Fuit autem consideratio hec in anno 512. annorum Nabuchodo. 9. diebus mensis Thus transactis: in matutino diei decimi: Sole fīm medium cursum in. 5. g. 10. m. scorpij existente. Ideoq; lōgitudo matutina a medio solis fuit. 21. g. Item in anno. 67. Chaldeor. 5. diebus mensis Libeus primi trāfactis: vdebatur mercurius apud stellā oriē talem et septentrionalem: que est in fronte scorpij. Luius quidem tunc locus fuit fīm computationem Ptolemei in. 2. g. 20. m. scorpij. Sed hec consideratio fuit in anno Nabuchodo. 504. 27. diebus mēsis Thus trāfactis: in mane diei. 28. Sole fīm medium cursum in. 24. gra. 50. m. scorpij existēte. Ideo lōgitudo mercurij matutina a medio loco solis fuit. 22. gra. et medietas. Habeamus itaq; duas longitudines matutinas. Unam. 21. gra. sole fīm cursum mediū in. 5. gra. 10. m. scorpij existente. Aliam. 22. gra. 30. mi. sole fīm cursum medium in. 24. gra. 50. mi. scorpij. Querimus igit̄ quo in loco cursus medi⁹ solis existat: dñi matutina longitudo sit. 21. gra. 40. m. quod ita facimus. Differentia autem longitudinum matutinalium dictarum est. 1. gra. 30. mi. Sed differentia prime longitudinis matutinalis: et eius cuius locus queritur: est. 40. mi. Sumaf ergo de. 19. gra. 40. mi. pars proportionalis fīm proportionem. 40. mi. ad. 1. gra. 30. mi. ipsa est. 8. gra. 45. mi. fere. Pro quib;: quia modicum interest: sumpit Ptolemeus. 9. gra. quibus adiectis ad locum solis medium prime longitudinis exhibunt. 14. gra. 10. mi. scorpij. Sole igit̄ fīm medium cursum in. 14. gra. 10. mi. scorpij existente fit longitudo matutina maxima. 21. gra. 40. mi. q; est compar longitudini vespertine: que fit Sole fīm cursum mediū in. 27. g. 50. mi. leonis existente. Inter harū longitudinū media loca solis distātia est 76. gra. 20. mi. Ideo punctus medius inter ea est. 6. gra. libre. Hoc igit̄ tempore longitudinis longioris et propioris linea eccentrici mercurij transit per sex gradus arietis atq; per sex gradus libre. Sed tempore Ptolemei reperita fuit in. 10. gra. arietis et librae. Nō dubiū ergo quin tempore medio: quod est. 400. annorū: ad. 4. gradus mota sit: et tantūdē sentētia quidē Ptolemei stellas fixas moueri constat. Quare per hec et similia in ceteris stellis errantibus iudicia estimari cogimur: q; lōgitudines lōgiores et propiores ad motum stellarum fixarum colligantiam habeant.

Propositio xiiij.



Qua in parte orbis signorū longitudo mercurij longior sit experiri.

Due considerationes Ptolemei illud docebunt. Quarum prima fuit in anno. 19. Adriani. 14. diebus mensis Atus tertij egyptiorum transactis: in matutino diei. 15. Tunc enim rectificato instrumento per stellam: que est super corde leonis: visus est mercurius maximam habere a loco solis medio matutinam elongationē in. 20. gra. 12. mi. virginis: Sole fīm cursum mediū in. 9. gra. 15. mi. libre existente. et fuit ipsa longitudo matutina. 19. gra. 3. mi. Alia consideratio in eodem anno. 19. die mensis Machir noni egyptiorum completo. in quo videbatur mercurius per instrumentum rectificatum per stellam lucidam Aldebaran in. 4. gra. 20. mi. tauri: Sole fīm mediū locum in. 11. gra. 5. mi. arietis existente. quare longitudo vespertina fuit. 23. gra. 15. mi. Quia itaq; lōgitudo maior: inuenta est in ariete q; in libra: certum est longitudinē longiore

Monus

esse in libra propiorem qz in ariete: quoniam quod diuersitatem in huiusmodi a Sole elongationibus faciat: preter ascensionem epicycli ad centrū mundi nihil est. Diversitas enim que per eccentricum euenire solet: in his duabus cōsiderationibus nulla est.

Propositio xv.


Proportionem semidiametri epicycli ad lineam cōtentam inter centrum epicycli in longitudine longiori et idem centrum epicycli in opposito constitu ti numerare.

CLinea recta.a.g. transeat per lōgitudinē longiorē et proprio rem equātis. In qua punctus.b. sit centrum mūdi.b.a. trāseat per.10. g. libre. b. g. vō per.10. g. arietis. et super duo puncta.a. et. g. duo circu li: epicycli vicem habituri pingantur. ductis. b.e. et. b.d. contingentibus epi cyclos cum lineis. a.d. et. g.e. Sitqz ad imaginationem planeta in lōgitudi ne matutina in punto. d. in vespertina vō in. e. Quia itaqz angulus. a.b.d. per p̄cedentem notus est: quoniam.19. g. 3. m. et angulus. d. est rectus: nota erit p̄p̄ortion. d.a.ad.a.b. Similiter angulus. e.b.g. notus per premissam: quoniā. 23. g. 15. m. et angulus. e. est rect⁹. ideo quoqz nota fiet p̄p̄ortion. c.g. ad.g.b. Quare nota erit p̄p̄ortion. d.a.ad.a.g. que querebatur. Sic Ptole meus: dum. a.b. est. 120. partes: inuenit. a.d. esse. 39. partes. 9. m. et. b.g. 99. partes. 9. m. Ideo tota. a.g. 219. partes. 9. m. Diuisa aut. a.g. per medium in punto. 3. erit. a. 3. 109. partes. 35. m. Ideoqz. 3. b. 10. partes. 25. m.

Propositio xvi.

Entra epicycli Mercurij bis in anno solari vicini tatem ad centrum mūdi maximā accidere. Unde liquidum fiet: epicycli delatorem eccentricum su per centro contra signorum successionem moto cīcumuolui.

Considerationib⁹ Ptolemei superius in. ii. huius recitatis id accipere. In quibus distantia centri epicycli vtrinqz a lōgitudine lōgiori fuit quattuo: signo:ū fere. In ea nāqz que fuit in anno. 16. Adriani Sole fm cursum mediū in. 10. g. aquarij fere existente: longitudo vespertina fuit. 21. g. 15. m. Item in cōsideratione: que fuit in anno quarto Antonij: Sole et Mer curio fm cursum medium iterum in. 10. g. aquarij existentibus: inuēta fuit lōgitudo matutina. 26. g. 30. mi. Aggregatis aut his duabus longitudinibus veniunt. 47. g. 45. m. tanto arcui subtenditur epicyclus in hoc situ: dum scz a longitudine. 4. signis distat. Idem per alias et ad sitū epicycli aliū elicies. In anno enim. 18. Adriani Sole fm medium cursum existēte: in. 10. g. gemini norum inuenta fuit lōgitudo matutina. 21. g. 15. m. In anno vō Antonij primo Sole iterum per cursum medium in. 10. g. gemino: existente: longitudo vespertina repta fuit. 26. g. 30. m. quib⁹ quoqz longitudinib⁹ collectis. 47. g. 45. m. pueniūt. et tanto arcui subtenditur epicyclus in hoc situ. Verum lōgitudo vespertina a loco Solis medio in lōgitudine ppiori reperta fuit. 23. g. 15. m. cui equalem longitudinē matutinam in eodem loco fieri manifestū est. Duplatis igitur. 23. g. 15. m. veniunt. 46. gra. 30. mi. quibus subtenditur epi cycclus in lōgitudine propiori existens. Cōstat igit vicinorem centro mundi esse epicyclum a lōgitudine lōgiori per quattuo: signa distantem: qz in lōgi




Liber

tudine propiori constitutū. Propter hanc enim causam arcum maiorem de celo occupat. quare in figura superiori punctū. 3. non esse eccentrici: sed erat punctus equaliter a centro epicycli in longitudine propiori et eius opposito constituto elongatus. Centrum autē epicycli a centro eccentrici ipsum deferente invariabilem habet distantiam. a punto 8o. 3. variabilem. Portet ut centrum eccentrici deferētis epicyclum mobile sit. et in tempore quo epicyclus motus est a longitudine longiori ad eius oppositum: centrum eccentrici descripsit arcū semicirculi parui contra successionem signorum: cuius centrum fuit punctus 3. Sic autē accidere potuit maior epicycli ad terram vicinitas in distātia. 4. signorum a longitudine longiori: q̄z in longitudine propiori.

Propositio xvij.

Vinctum cuius respectu **M**ercurius regularē longitude habet motum determinare.

Duabus ad hoc perueniemus considerationibus longitudinum magnarum: quarum vtraqz sit in eodem loco a longitudine longiori. Et ut facilius fiat opus: sit in vtraqz longitudinū distantia epicycli sūm medium cursum a longitudine longiori per tria signa cōmunia versus eandem partem. Primum accipiamus que fuit in anno. 14. Adriani. 8. die mensis Iulie duodecimi egyptiorum completo: hora vespertina.alone considerante Mercurium distantiorē a principio leonis in. 3. g. 50. m. quemadmodum refert Ptolemeus: q̄z ipsum cor leonis. Fuit itaqz mercurius sūm numerationē Ptolemei in sexto gradu 20. m. leonis: Sole sūm cursum medium in. 10. g. 5. m. cancri existente. Quare longitudo vespertina relinquebatur. 26. partes. 15. m. Alia fuit consideratio Ptolemei in anno. 20. Antonij. 21. die mensis Iulie duodecimi egyptiorū: in matutino. in quo videbatur Mercurii armillis rectificatis p Aldebaran in. 20. partibus. 5. m. geminorū: Sole per medium cursum in. 10. gradu. 20. m. caneri constituto. Fuit igitur longitudo. 20. g. 15. m. Sic aggregatū ex ambabus longitudinibus maioribus erat. 46. g. 50. m. Nunc propositi habendi gratia: sit linea transiens per longitudinem longiorem et propiorem. a. g. in qua punctus. b. centrum mundi. et punctus. 3. centrum parui circuli. Huius quidem linee pars. b. a. transeat per. 10. g. libre: q̄ ibi sit longitudo longior. bḡvo per. 10. gra. arietis. Deinde a punto. b. erigatur. b. m. perpendicularis super. a. g. que erit linea medij motus Solis in his duabus considerationibus. Sitqz circulus epicycli. k. l. super centro. e. descriptus: quem contingat b. k. et. b. l. in punctis. k. et. l. ductis duab' semidiametris. e. k. et. e. l. a. pūcto. e ad lineam. a. g. demitto perpendicularē. c. h. et continuabo. e. cum. b. linea e. b. erit itaqz punctus. b. quem quem querimus: cum linea. b. m. supponatur etiam medij motus mercurij. Quia autē aggregatum ex duabus longitudinibus maioribus est notum: erit medietas eius nota: et est angulus. e. b. l. Et erit prop̄tio. e. l. ad. e. b. nota: cum angulus. l. sit rectus. Item dempto angulo. l. b. m. longitudinis matutine noto: ab angulo. e. b. l. manebit angulus. e. b. m. notus. cui equatur angulus. b. e. b. propter linearū. h. e. b. m. equidistantiam. Et quoniam angulus. b. est rectus: erit prop̄tio. e. b. ad. b. h. nota. Sed iam nota fuit prop̄tio. e. b. ad. b. l. quare etiam prop̄tio. e. l. semidiametri circuli epicycli ad. b. h. nota dabif. Sed superius erat prop̄tio. e. l. ad. 3. b. nota: erit igitur prop̄tio. 3. b. ad. b. h. nota. Sic Ptolemeus in partib' quibus inuenit. 3. b. esse. 10. partes. 7. 25. m. repit. b. h. fore. 5. partes. 12. m. Ideoqz



Ponens

punctus.h.fere in medio est inter.z.et.b.quod fuit ostendendum. Tu vō nō
credas necessarium esse: vt in ambabus huiusmodi cōsiderationib^o medius
locus Mercurij distet a longitudine longiori per quartam circuli: imo po/
tes accipere distantiam ad libitum quantum libet. Huius tamē executionē:
quia plana est: missam facio.

Propositio xvij.


Glantam circulus centrum reuoluens eccentrici se/
midiametrum habeat absoluere.

Danente priori figuraione: a puncto.z.educatur versus fini
stram perpendicularis ad lineam.a.g.que sit.z.n.equalis lince
z.a.ita q̄ vtraqz earum ex semidiametro eccentrici et semidia/
metro parui circuli constet. **D**um autē centrū epicycli in.e.pun/
cto fuerit: erit propter motū similitudinem et in contrarias positiones cen/
trum eccentrici in linea.z.n. Sit igitur ipsum centrum eccentrici punctus.m.
queritur itaqz linea.z.m.hoc pacto. Angulus.m.z.b.est rectus: et angulus.e
z.b.a recto parum differens. quare due linee.n.z.et.z.e.fere directe sibi con/
iuncte sunt ex una linea. **E**x.15. aut huius.a.z.respectu semidiametri epicycli
reddebat cognita. fuit enim.a.z.109. partes.55.mi. et semidiameter epicy/
cli.z9. partes.9.mi. quare.z.n.notā. Sed ex precedenti nota fuit.b.e.eodem
respectu:cui equalis est.z.e.quare.n.z.e.tanqz recta est nota: et eius medietas
n.m.sive.m.z.e.notā. et hec est semidiameter eccentrici. dempta igitur.m.n.ex
n.z.relinquetur.m.z.notā: et equalis fere linee.z.b.cuius petebatur scientia.
Co si p̄cisius enītē voles omnia vt in hac figura: lineas.n.e.et.m.e.rectas
p̄ducito. et quia ex precedēti linea.b.b.ex suis suppositis precise reperta fuit
respectu linee.b.z.mansit etiā linea.b.z.notā precise. Sed.e.b.notā erit pro/
pter lineas.e.b.et.b.b.notas: et augulum.b.rectum. Similiter.e.z.sicut cogni/
ta: et angulus.e.z.b.notus. ynde totus angulus.e.z.n.scitus veniet. Sed tri/
anguli.z.e.n.duo latera.n.z.et.z.e.jam nota sunt: et angulus quem ipsa conti/
nent. quare angulus.z.n.e.cognitus erit. qui equalis est angulo.m.e.n.cum
vtraqz linearum.n.m.et.m.e.sit semidiametro eccentrici equalis. Erit itaqz
angulus.z.m.e.extrinsicus cognit⁹. Triangulus itaqz.z.e.m.tres angulos
habet notos: quare laterum proportiones note erunt. Sed erat.z.e.notā re/
spectu semidiametri epicycli: aut respectu linee.z.b.quare.m.z.respectu codē
notā erit: quare z.c.

Propositio xix.

Dsemidiametrum eccentrici oēs lineas reliquas
certis sub proportionibus referre.

Donatur pro libito semidiameter eccentrici quotlibet par/
tium vt.60. more Ptolemei. Cum autē prop̄atio semidiamete/
ri epicycli ad lineam.n.z.inuenta sit ex.15.huius. et prop̄atio
n.z.ad.n.m.semidiametrum ex precedēti pateat: erit prop̄o/
tio semidiametri epicycli ad semidiametrum eccentrici in partibus quibusqz
nota. quare etiam epicycli semidiametri: in partibus semidiametri eccentrici
ad libitum positis nota erit prop̄atio. Item ex.17. et precedēte: prop̄atio se/
midiametri epicycli ad lineam.b.b. et ad semidiametrum parui circuli elici/
ta est. Sed et.b.b.ad.b.z.notā concludebat. Jam vō prop̄atio semidiamete/
ri eccentrici ad semidiametrum epicycli nota est. quare exhibuit proportiones




semidiametri eccentrici ad lineam.b.h.et.m.3.note:quod quidem intendebatur. Inuenit autem Ptolemeus:ponendo semidiametrum eccentrici.60.partium: semidiametru epicycli.22.partium: et.30.mi. et unaquaq; linearum.b.h.b.3. et.m.3.trium partium.

Propositio xx.

Aque de motibus Mercurij et linearum proportionibus conclusa sunt: an experimentis concordent visualibus attetare.

Superius in quintadecima huius reperimus per binas observationes longitudinum maiorum Mercurij: quod eo per medium cursum a longitudine eccentrici longiore distantiam.4.signorum communium habente: aggregatum ex duabus longitudinibus magnis: matutina scilicet et vespertina sit.47.g.45.m. fere. Si igitur per numerationem superpositis proportionibus linearum: et ceteris antehac conclusis: idem conciderit inueniemus: fidem habebimus omnibus iam inuenitis. **C**uius itaque gratia sit linea.a.e.transiens per longitudinem longiorum eccentrici et propriorum. et sit.a.longitudo longior: ex parte libre.e. vero proprio: ex parte arietis. In hac linea.d. sit centrum mundi.g. vero centrum motus equalis. et.b. centrum parui circuli. Sitque angulus.a.g.3.quattuor signorum communium: scilicet.120.gradiuum: ut quattuor recti sunt.360. et super centro.3.describo epicycli circulum t.k. ductis duabus rectis eum contingentibus lineis.d.t. et.d.k. puncta vero contactum centro epicycli copulabo per lineas.t.3. et.k.3. **L**acentrum autem epicycli cum centro mundi continuabo per lineam.d.3. faciam quoque angulum.a.b.h. equalem angulo.a.g.3. et lineam.b.h. semidiametru parui circuli equalem.b.g. continuando duo puncta.b. et.g. per lineam.b.g. Deinde a punto d.ad lineam.g.3. demittam perpendicularem.d.l. **Q**uibus sic aptatis: inquiram angulum.t.d.k. qui aggregat duas longitudines Mercurij maghas. In hoc situ epicycli: quia angulus.a.b.h. equalis est angulo.a.g.3. et linea.b.h. semidiameter parui circuli: erit propter motuum similitudinem punctus.b. centrum eccentrici. Angulus autem.b.b.g. est tertia pars duorum rectorum: cum angulus.a.b.h. sit due tertie duorum rectorum. quare duo anguli.b.b.g. et.b.g.b. equalis: et quantur duabus tertis duorum rectorum. Et ideo unusquisque eorum erit tertia pars duorum rectorum. et erit triangulus.b.g.b. equilaterus et equiangulus. et angulus.b.g.b. equalis angulo.d.g.3. quare duae lineae.b.g. et.g.3. sibi directe coniuncte sunt et linea una. erit igitur linea.b.3. semidiameter eccentrici. Deinde quia triangulus.g.d.l. notorum est angulorum: erit d.l. nota respectu.d.g. et similiter.g.l. eodem respectu. unde tota linea.b.l. nota: residua de semidiametro eccentrici.l.3. nota. Et quia linea.d.l. est nota: erit d.3. nota respectu semidiametri eccentrici.b.3. Sed eodem respectu.3.t. nota est angulus.t.rectus. que angulus.3.d.t. notus: et duplus ad eum angulus.t.d.k. Facta igitur diligentie numeratione: exhibet angulus.t.d.k. 47. partium.45.m. fere: ut quattuor recti sunt.360. partes. Tantus etiam experimento visuali peritur hic angulus: quod quidem hactenus attetavimus. **C**um si ludendo te oblectare velis: poteris ad cetera loca: in quibus maxime longitudines consideratas habes: numeros tuos aptare: ut maiorem certitudinem habeas de proportionibus linearum superius inuenitis. Si enim numerus observationi respondebit: haud dubium: quin occasiones diversitatibus motuum Mercurij expedite inuenierimus.



Monus

Propositio xxj.



God maior sit epicycli ad terram vicinitas dum a longitudine longiori quattuor signis communibus distiterit: qz dum in longitudine propiori eccentrici fuerit: geometrice demonstrare.


Sit linea. a. e. trasiens per longitudinem longiorem et pro priorem equantis. in qua punctus. d. centrum mundi. g. centrū motus equalis. et. b. parui circuli. f. vo punctus in quo est centrum eccentrici epicyclo in longitudine longiori existente. Jaqz contra successionem signoz descriperit semicirculum: ita qz sit in. g. pucto. super quo tanqz centro describatur circulus. a. e. vice eccentrici epicyclū deferētis. Propter similitudinē aut motū erit centrum epicycli in. e. punto. Deinde statuatur angulus. a. g. 3. 120. gra. vt quattuor anguli sint. 360. gra. et in linea. g. 3. sit punctus. z. centrū epicycli a lōgitudine longiori per. 120. gra. distans. Angulo quoqz. a. g. 3. po natur equalis. a. b. b. et linea. b. b. equalis. b. g. siue. b. f. ducta linea. g. b. erit itaqz vniusquisqz angulorum. b. g. b. et. b. b. g. tertia pars duorum rectorum. et triangulus. b. b. g. equilaterus: cum duo latera. b. b. et. b. g. sint equalia: et angulus. b. b. g. tertia pars duorum rectorum. Sed et angulus. d. g. 3. est ter tia pars duorum rectorum. quare due linee. b. g. et. g. 3. sibi directe coniuncte sunt ex una linea. Et quia. b. est centrum eccentrici: et epicycli centrū poneba tur in. z. erit. h. 3. semidiameter eccentrici: equalis quidē. g. e. Ablatis aut. b. g. et. g. d. equalibus: manebit. g. 3. equalis. d. e. Item ex. 19. huius linea. g. d. est tres partes: et totidē. g. b. vt tota. h. 3. est. 60. partes. erit ergo. g. 3. 57. partes. quare angulus. g. d. 3. maio: est angulo. g. 3. d. Sed duo anguli dicti equant duabus tertijs duorum rectorum. ergo angulus. g. d. 3. est maio: tertia parte duorum rectorum. vnde maio: erit angulo. d. g. 3. Et ideo linea. g. 3. lōgior: linea. d. 3. Sed erat. d. e. equalis. g. 3. quare. d. e. longior: est. d. 3. Vtraqz aut ha rum est distantia centri epicycli a centro mundi: linea quidem. d. 3. dum cen trum epicycli distat a longitudine longiori per quattuor signa communia. d. e. vo dum est in opposito augis eccentrici: Constat igitur propositum.

Propositio xxij.




Otum mediū argumēti Mercurij certū reddere.

Superius ex quarta et quinta eliciuntur huiusmodi motum mediū suo tempori quantolibet. Et quia considerationes quibus numeri revolutionū temporū fortasse reperti sunt: grosse fuerunt et non satis exacte: dubia fides habetur earum recitationi. Id igitur certius reddituri: hoc pacto procedemus per unam considerationem: quemadmodum infra videbitur. Considerabimus distantiam: siqua sit: planete a longitudine lōgiori media epicycli: et per aliam considerationem similiter. Qz si differentiam locoz planete in epicyclo hoc ingenio compertam ei motui argumēti medio: qui per tabulas iam effectas tempori inter cōsiderationes medianti equalē videbimus: satis est. Si vo non: excessum per dies illius temporis distribuemus: et portionem unius diei motui medio per tabulas inuēto adiiciemus: si addenda fuerit. Aut minue mus si minuenda. Addenda aut erit: dum motus per considerationes inuētus motu per quartam et quintā huius inuēto maio: fuerit. Minuenda aut



Liber

si econtra. **Vnā** autē considerationē: que proposito cōducet nostro: fecit Ptolemeus in anno. 20. Antonij: duob⁹ dieb⁹ mensis Achita vndeclimi trāscitis vespere quidē: instrumento per stellam cordis leonis rectificato. Reperit enī mercurium in. 17. gra. 30. m. geminoꝝ: quoniam locus eius super locum lune visum addidit gra. 1. m. 10. Fuit autē hec cōsideratio ante medietatē noctis in alexandria: quattuo: horis equalibus ⁊ medietate hore: dum in medio celi esset: vt docuit instrumentum. 12. g. virginis. ⁊ sol per cursum medium in. 22. partibus. 34. m. tauri. **Nunc** in figura sit linea transiens per longitudinē longiorem ⁊ propiorem mercurij. a. b. g. d. e. in qua sit. a. longitudo longior. e. vō propioꝝ. d. centrum mūdi. g. centrum motus equalis. b. centrū parui cireli. Sitqz epicyclus descriptus super centro. 3. ⁊ produco lineam. d. 3. quidē in. k. sumitatē sive augem epicycli veram. g. 3. vō in punctum. t. quem vocat augē epicycli mediā. planeta ipse: quemadmodū in hac cōsideratione eccecidit in punto. l. situetur. quem continuabo cum duobus punctis. d. ct. 3. p. lineas l. d. ct. l. 3. **vñcta** perp̄iculari. 3. s. constituo deniqz angulum. b. b. g. equalē angulo. d. g. 3. ⁊ lineam. b. h. equalem. b. g. ductis duabus lineis. b. g. et. h. 3. iam querēdus est arcus. t. l. per quem planeta distat longitudine lōgiori media epicycli. **Quia** autē trianguli. g. b. b. angulus. g. b. b. notus est: quoniam eq̄lis est angulo. d. g. 3. propter locum longitudinis longioris ⁊ locum solis media epicycli. **Quia** autē trianguli. g. b. b. angulus. g. b. b. notus est: quoniam eq̄lis est angulo. d. g. 3. duo anguli. b. g. h. et. b. h. g. sunt equales: propter latera. b. g. et. b. h. equalia. erit ergo vñsquisqz eorum notus: ⁊ proportionē linee. b. g. ad b. g. nota. **Est** autē. b. g. respectu semidiametri eccentrici nota. quare ⁊ b. g. respectu eodē cognita. **Sed** propter angulum. b. g. b. notum: fit angulus. h. g. 3. trianguli. h. g. 3. notus. ⁊ p̄portio. h. 3. semidiametri eccentrici ad. b. g. iam nota est. vnde proportionē linee. b. 3. ad. g. 3. nota erit. quare. g. 3. nota. **Triangulus** itaqz. d. g. 3. duo latera. d. g. et. g. 3. habet nota: ⁊ angulum. d. g. 3. notum. vnde linea. d. 3. respectu aliarum nota fiet: ⁊ angulus. d. g. 3. notus. cui cōtra positus. t. 3. k. quoqz notus erit. ⁊ arcus. t. k. notus. similiter angulus. g. d. 3. habebit notus. Item locus planete verus obseruatione comprehendens est: ⁊ longitudinis proprioris locus est notus: fit ergo angulus. e. d. l. notus. **Sed** et angulus. e. d. 3. cognitus est: relinquitur ergo angulus. 3. d. l. notus. triangulus itaqz. d. 3. l. duo latera. d. 3. et. 3. l. nota habet: ⁊ angulum. 3. d. l. fit ob hoc angulus. 3. d. 3. cognitus. **Est** autē angulus. k. 3. l. equalis duob⁹. 3. d. l. et. 3. l. d. iam cognitis. q̄re ipse notus erit. ⁊ arcus. k. l. qui ei subtendit numeratus. cui si arcum. t. k. antehac notum adiecerimus: colligemus tandem totū arcū t. l. cognitum: quem querebamus. **Alia** cōsideratio ad mercurium fuit in anno. 21. quemadmodū scripsit Dionysius: referente Ptolemeo. 22. diebus trāscitis de mense Alatrabī. Et fuit illud anno Nabuchodo. 486. trāscitis 18. dieb⁹ mensis Thoch: in mane diei deciminoni. Videbat enī mercurius splendidus sī signorum successionem remotus a linea que transit per stellā septentrionalem in fronte scorpionis: ⁊ per stellam mediā que in frōte eius est: quātitate diametri lune. Distabat autē a stella septentrionali in fronte mercurius versus septentrionem quantitate duarum diametrorum luminarium. Coniectura itaqz dabit firma ipsum fuisse in. 3. g. 20. m. scorpionis: Sole per mediū cursum tunc existente in. 20. g. 50. m. scorpionis. Et non erat tunc mercurius in longitudine maxima a loco solis: quoniam post quattuo: dies: sc̄z die. 26. mensis Alatrabī videbatur distare a dicta linea quantitate diametri lune ⁊ medietate eiusdem. In his autē quattuo: diebus motus solis mediū auctus est fere p. 4. g. ⁊ motus planete p̄ medietatē diametri lunę dūtagat.



Monus

Nunc autem eliciamus locum eius in epicyclo. Sit in linea. a. e. punctus. a. longitudo longior: et. e. proprior. d. centrum mundi. g. centrū motus equalis. et. b. centrum parui circuli. Sitqz epicyclus super cōtro. z. descriptus. ductis lineis. z. d. z. g. z. b. z. g. aut̄ linea secet circūferentia epicycli in inferiori parte super puncto. k. et sit locus planete in epicyclo sūm q̄ consideratio fuerit punctus. l. quem continuabo cum centro epicycli et centro mundi per lineas. l. z. et. l. d. Deinde statuam angulum. a. b. h. equalē angulo. a. g. z. et linea. b. h. equalē linee. b. g. p̄ducta linea. b. z. et linea. b. g. quia itaqz angulus. a. b. h. notus est: quoniam equalis angulo. a. g. z. propter medium locum solis et lōgitudinem longiorē noto. et duo anguli. b. h. g. et. b. g. h. sunt equales: erit unusquisqz eorum notus. et linea. b. g. nota respectu. b. g. Sed et notus est angulus. a. g. z. q̄re totus angulus. b. g. z. trianguli. b. g. z. notus est. et due linee b. g. et. b. z. note. fit igitur. g. z. respectu. b. z. et. b. g. siue. g. d. nota. Sed et angulus. d. g. z. notus est. q̄re linea. z. d. respectu. d. g. et ideo respectu. b. z. nota erit Angulus quoqz. g. d. z. cognitus erit cum. angulo. g. z. d. Et quia angulus. a. d. l. notus est: propter locum verum planete: quem dedit consideratio: et propter longitudinem longiorē notam: erit angulus residuus. z. d. l. notus. Ast aut̄ prop̄tio. d. z. ad. z. l. nota. vtraqz enim carum respectu. b. z. nota est. q̄re angulus. d. z. l. notus exhibet. Superius aut̄ cognitus erat angulus. g. z. d. relinquetur itaqz angulus. k. z. l. notus. et arcus. k. l. similiter ei subtensus. qui quidem est distantia planete a longitudine proprii media epicycli. cui si semicirculum adieceris: distantiam eius a longitudine longiori conficies. Habes tandem duas planete a longitudine longiori epicycli et media distantias: quas ad se conferas. et differentiam earum: si qua sit: agnoscere. que si fuerit equalis motui medio argumēti ad tempus inter considerationes medias per tabulas extracto: tabulis ipsis fidem habebis. Si vero non fuerit ei equalis: age ut superius precipitur.


Propositio xxij.

Adices Mercurij mediorum motuum ad instans temporis certum constituere.

Medius motus in longitudine sibi radicem accipit solis. Pro motu aut̄ medio argumēti siue diuersitatis sic agito. Ex una considerationi supra scriptarum: aut per te factarum eligias distantiam planete a longitudine longiori media epicycli. Postea per tempus quod est inter considerationē tuā et instans ad quod radicem constituendam voles: motum mediū diuersitatis per tabulas suas addisce. quem quidem motū argumēti substrabe a distantia planete ab auge epicycli: quā dedit consideratio: accommodatis integris more solito: si opus fuerit revolutionibz. Illud quidē facies: si instans considerationis instantē cui radicem elaboras posterius fuerit. Si vero prius fuerit: dicte distantie addas hunc motum medium argumenti. et abiectis integris: sique excreuerint revolutionibus: habebis radicem cupitam.

Explicit Liber Monus Epitomatis

Sequitur Decimus.



Liber

Liber Decimus Veneris Theorica Martisq; omnimodam
subtilissime percunctari: Trium item superiorz theorice speci-
lationis partem non minimam accuratissime coniectatur.

Propositio

Prima.



Jameter ecētrici Veneris per
longitudinem longiorem eius
atq; propiorem trāsiens: qui-
bus in punctis eclippticam se-
cet experiri.

Nō aliter q̄z in mercurio inuestigā-
dum est. Considerabimus enī duo lo-
ca Solis media: Venerē maximas &
inter se eq̄les a loco Solis medio lon-
gitudines contrarias habēte. Nam
punctū inter hec loca Solis medians
cum punto sibi diametraliter oppo-
sito erūt quos querimus. **I**n anno

aūt. 16. Adriani. 21. diebus mensis Phormuth octauī transactis considera-
uit **T**aion: vt refert Ptolemeus: stellam Veneris iam in maxima longitudi-
ne vespertina a loco Solis medio constitutam. & videbatur precedere media
pleiadum quantitate longitudinis pleiadum. **S**uit itaq; fm numerationem
operationem: quam nona huius docuit. Inuentis aut stationibus ad hunc triplicem situm: sic procedit. Differentiam maxime remotionis centri epi-cycli a centro mundi et mediocris statuit primum numerum. Differentia vero remotionis huiusmodi ad eum situm: cui eniti statione proponit: et remotio-nis mediocris pro secundo numero sumit. Item excessum duarum stationum: quarum altera in auge: altera vero in longitudine media accidit: pro tertio nu-mero. Multiplicat itaque secundum in tertium: et productum in primu parti-tur. et quartum ex euentem scilicet substrabit a statione: quam dat longitudine eccen-trici media: aut eidem addit: quemadmodum res ipsa postulat. Vnde secus ope-ratur ad eos epicycli situs: qui inter longitudinem eccentrici mediam et augis oppositum clauduntur. Sicque videtur extraxisse stationes planetarum ad oem epicycli in eccentrico positionem. Hoc tamen unum supponit: quod quantu epicyclus recedendo a longitudine eccentrici media: centro mundi aut appropin-quat aut remouetur: tantum proportionaliter aut crescent aut decrescent sta-tiones huiusmodi. Quod equidem suppositu necessitatem non habet. Ad varias enim epicycli a centro mundi distantias easdem inueniri stationes pri-mas hoc pacto demonstrabo. Sit epicycli circulus. a. b. g. super centro. d. et centrum mundi. c. quod continue cum centro epicycli per lineam. c. d. vsq ad augem epicycli. a. educendam. Producaturque a centro mundi linea. e. b. secans epicyclum determinando punctum stationis. g. lineeqque a. e. sit equidi-stans. b. z. quam secet. b. t. per punctum. g. transiens qualitercumque ceciderit in pucto. l. Erunt igitur duo trianguli. b. l. g. et. e. g. t. equianguli. quare propor-tio linee. b. g. ad lineam. g. l. est sicut proporsio linee. b. a. ad. g. t. Ideo propor-tatim. b. g. ad. g. e. sicut. g. l. ad. g. t. quare maior est proporsio linee. b. g. ad. g. t. que proporsio. b. g. ad. g. e. unde etiam maior est proporsio medietatis linee. b. g. ad lineam. g. e. Ponamus itaque punctum stationis. g. ad longitudinem media eccentrici: quoniam scilicet centrum epicycli distat a centro mundi per lineam. d. e. Deinde imaginemur epicyclum recedere ab hoc situ versus oppositum augis eccentrici donec distantia centri eius a centro mundi sit vt linea. d. t. Jam propter hunc recessum a longitudine media eccentrici maior sit proporsio medietatis linee. b. g. ad lineam. g. t. que sit proporsio medietatis linee. b. g. ad lineam. g. e. vt ostēsum est. Similiter maior sit proporsio velocitatis epicycli ad velocitatem pla-nete pro distantia. d. t. que sit proporsio velocitatis epicycli ad velocitatem pla-nete in distantia. d. e. Quoniam motus longitudinis tanto maior redditur: quanto epicyclus augis opposito propinquauerit. Si igitur possibile est: quod quantu addit proporsio medietatis linee. b. g. ad lineam. g. t. super proporsio-nem medietatis linee. b. g. ad. g. e. tantum addat proporsio velocitatis epicycli ad velocitatem planete: in distantia quidem epicycli. d. t. super proporsione velocitatis epicycli ad velocitatem planete in distantia. d. e. fit proporsio me-dietatis linee. b. g. ad lineam. g. t. sicut proporsio velocitatis epicycli ad veloci-tatem planete. Quare tunc punctus. g. erit locus stationis: dum epicyclus a centro mundi distat per lineam. d. t. qui punctus et antea: dum epicyclus erit in longitudine media: fuit locus stationis. Variata igitur a centro epicycli a centro mundi remotione: locus stationis immutatus mansit: quod intendebam. Verum huius precisionis neglectio haud sensibilem imittet errorem: quare Ptolemei operatione: que tametsi enucleata non est: tamen quantum sa-nis est comoda prosequendam censeo.

Propositio

xij.

o 2



Oco Veneris in orbe signorum proposito: quanta
possit esse plurima ipsius in eocoloco existentis a so-
le longitudo vespertina percunctari.

Cfiguram ante oculos positam contemplare. In qua linea a.b.e.per augem eccentrici et eius oppositum incedat. Huius alter terminorum.a.scz sit aug.alter vo.e.oppositum augis. In ea linea punctus.d.sit centrum mundi.g.ecentrici.b.vo motus equalis epicycli. Item circulus.h.t.super centro.z.describatur. Quem contingat linea.d.t.in puncto.t. Centrum quoqz eius cum tribus punctis.b.g.et.t.continuet p lineas.z.b.z.g.et.z.t.p:ducta.b.z.in.h.augem medium epicycli.deniqz per pendiculares p:otrabantur.b.m.quidem ad.g.z.et.g.k.ad.d.t.it:eqz.g.z.ad z.t. Querimus itaqz dum venus est in linea.d.t.maxime a loco solis remota quanta sit eius longitudine vespertina. Superioribus aut passibus locus augis eccentrici veneris dabatur cognitus: et nunc quidem locus stelle huius statutus supponitur: quamobrem angulus.a.d.t.inuenietur notus. unde proportio.g.d.ecentricitatis scz ad lineam.g.k.equalem.l.t.non ignorabitur. Erat aut vtraqz linearu.d.g.et.z.t.respectu semidiometri eccentrici nota: quarel.t.respectu eodem cognita veniet. residua quoqz.z.l.ad linea.g.z.semidiometri eccentrici mensurata erit. **T**rianguli igitur.z.l.duo latera.z.g.et.z.l.nota sunt: et angulus.l.rectus. quare angulus eius.z.g.l.notus erit. **I**am igitur totus angulus.d.g.z.ex tribus constat angulis: scz.z.g.l.iam noto: angulo.l.g.k recto: et angulo.d.g.k.cognito. propter angulum.g.d.k.prius notum: et k.rectu. quare ipse cognitus veniet. Reliquusqz angulus: videlicet.b.g.z.ex duabus rectis angulis cognitus erit. et ob hoc vtraqz linearu.b.m.et.m.g.linea b.g.comensurabunt. Que quidem linea.b.g.respectu.g.z.semidiometri eccentrici nota est. Sic igitur reliqua linea.m.z.cum linea.b.z.scite dabunt. unde angulus.b.z.m.non ignorabitur. qui cum angulo.b.g.z.p:idem noto equipollent angulo.a.b.z.unde ipse angulus.a.b.z.cognit erit. quare distantia loci veneris: qui et soli cois est: ab auge eccentrici constabit: igitur locus ille medius nequaquam occultabitur. Per ea aut que in tertio libro disserebantur ex loco solis medio locus eius verus haud inscitus prodibit. Cum igitur locus veneris ad nutum positus fit: et locus solis verus pateat: Cognitum erit interuallum quod ipsorum locis veris intercidit. et hoc erat cupitum.

Propositio **xij.**

Ingitudo itidem matutina q̄ maxima Veneris ac
cidat comprehendere.

CPaulo diversorem subiectiemus figuraionem; in qua linea
veri loci veneris continget latus epicycli dextrum. Linea vero ḡb.
perpendicularis: q̄ pridē semidiametro epicycli obuiavit: nunc
semidiametro epicycli continuate extrinsecus ad rectos incidat
angulos. **S**yllogismo aut̄ superiori: ex loco augis cognito: et loco planete p̄g.
~~longiori~~ sumpto: erit nota linea. g. k. eqlis linee. l. t. **H**inc tota. l. z. respectu
semidiametri eccentrici. g. z. nota habebit. et ideo angulus. z. g. l. mensuratus.
qui ex recto. l. g. k. ablat: relinquet angulum. z. g. k. nō ignotum. et deniqz angu-
lus. z. g. k. angulo. d. g. k. sociatus: conflabit angulum. z. g. d. scitum. ynde et recti-
duus de duob⁹ rectis: angulus scz. b. g. z. nequaquam ignorabit. **E**ius suffra-
gio reliqua: ut antehac feceras: sedculo eniteris. quare q̄c.





Duodecimus

Propositio xiiij.

Mercurij longitudes a sole maximas ex loco eius vero in orbe signorum cognito deprehendere. **C**um linea. a. b. g. punctus. a. sit auxiliare eccentrici. g. centrum mundi. b. centro motus eius. et. t. centrum partis circuli: quem centrum eccentrici describit. **E**picycli autem circulus. z. h. super centro. e. statuat: quem continet linea. g. h. in puncto. b. **F**iusque centrum continet cum tribus punctis b. g. h. lineis suis. sitque locus planete: quem ostendit linea. g. h. in orbe signorum notus: **P**ropositorum est inuenire maximam mercurij a vero solis loco longitudinem. **Q**uod nequaquam poterimus ex quo ingenio: quo circa venerem fretri sumus. **N**on licet angulum. a. g. b. notum habeat: tamen nulla difficultas centri epicycli ab aliquo trium punctorum. g. b. et. t. cognita est. cuius quidem scientia ad hanc rem est necessaria. **L**ogitandum igitur fuit super alio medio: quo institutum nostrum attingendi fieret copia. **A**certi autem sumus: quod cognito angulo. a. b. e. scilicet motus medijs longitudinis: cognoscere per ea quod superius ostensa sunt: angulus diversitatis. b. e. g. etiam angulus. b. g. e. **E**t ideo cetera linea. e. g. respectu semidiametri eccentrici. quo quidem respectu et semidiameter epicycli nota erit. hinc angulus. e. g. b. et inde totus angulus. a. g. b. noti erunt. **S**ic ex loco medio planete supposito: verum ipsum elaborandi patet ianua. **D**edio autem loco solis dato: verum ipsum eniti quod ignorabit. Quare medio loco solis aut mercurij: quoniam his ambobus modis est: ad libitum supposito: facile agnosceretur maximam mercurij siue matutinam longitudinem siue vespertinam. **N**unc ad rem ipsam feliciter properemus. **N**on ut intellectu iocundior: habeatur: exemplari utrū sermonē. **D**oceri velle **H**ercurio secundum verum suum cursum in principio arietis constituto: quaerata possit esse ipsius maxima a vero loco solis longitude: siue matutinam malim: siue vespertinam. **N**ono ad fortunam: ex ratione bili estimatio tamen: mediū locū solis siue mercurij tale: ut expleto opere: cuius nunc memini: verū locū mercurij cadat in principiū arietis: aut prope. **S**i igitur verū locus mercurij ad principiū arietis pertinet: certus ero: quod mercurio in principio arietis constituto: tanta potest accidere maxima a sole longitude: quantum opus ipsum docuit. **S**i autem locus mercurij verū citra principiū arietis ceciderit: intelligo zodiaci. b. a. c. in quo punctum. a. sit principiū arietis: et punctum. b. sit mercurij locus verū. **S**ligā denique locū aliū mediū: ita ut verū motus mercurij in maxima longitude existens cogatur cadere ultra principiū arietis. **N**on videlicet in figura cadat in punctum. c. **H**abebo itaque duas longitudes mercurij maximas. quoniam una mercurio in puncto. b. existet: accidit: altera vero in puncto. c. per quod inueniā longitude: ne enim maximā ad punctum. a. hoc ingenio. **D**e excessu duarum longitudinum in duabus locis. b. et. c. mercurio accidentiū accipio partē proportionalē secundum proportionē arcus. a. b. noti: ad totū arcū. b. c. notū. **N**on autem partē proportionalē additā longitude maxime ad punctum. b. pertinet: si reliquias maior: fuerint. aut minores ab ea: si reliquias minor: fuerint. et habebo longitudinem a loco solis vero maximā: quod accidit mercurio in principio arietis existenti: quod intendebam. **N**on aliter ad cetera loca zodiaci operaberis. **I**gitur quo simplici conatu rerum mediariū egestate perficiendi non est potestas: gemis visibiles pertinere non tua te deterreat seco: dia.

Explicit Liber Duodecimus Epitomatis.

Sequitur Tredecimus.




Liber

Liber Tertiusdecimus Speculationis Theoricarum Parte
postremā Motus videlicet in latitudinē planetarum: suasq; considerationes planissime dimititur.

Propositio

Prima.



Altitudinibus trium superiorū viā speculationis aperire. Crebris Ptolemeus observationibus coniecit tempore suo maximas saturno et ioui accidere latitudines: dū in principio libre aut prope constitueruntur. Marti & circa finem cancri fortasse in auge eccentrici posito: latitudines inquam septentrionales. In partibus vero diametraliter oppositis maximas latitudines meridionales. Quo satis explorato: cepit Ptolemeus obseruare planetas: vnuquēq; in metà latitudinis sue maxime: nūc quidē in auge epicycli vera aut proprie: quoniam in auge epicycli virg aut nunq; oculo satis apparet planeta: radijs solaribus id agentibus: nūc vero in augis opposito. Notauit autē pluri latitudine planetā in opposito augis epicycli existentem ab ecliptica remoueri qz in ipsa auge: tam in parte eccentrici septentrionali qz meridionali. Vtraq; autē latitudinū ad augem epicycli veram et eius oppositum pertinentium: in medietate eccentrici septentrionali videbat septentrionalis: et in medietate meridionali vtraq; meridionalis cernebat. Que res significavit: totam epicycli diametrum versus septentrionē ab ecliptica: aut totam versus meridiem remoueri. Quod haud euenire potest: nisi centrum epicycli: et pars superficiei eccentrici: in qua ipsum epicycli centrum statuitur: versus eandem partē declinet. Conclusit igitur Ptolemeus noster superficiem eccentrici ad superficiem ecliptice inclinatam esse. Duosq; sectionis terminos: quemadmodū in luna nodos appellauit. Epicycli itidem superficies ad superficiem eccentrici eodem iudicio comp:obatur inclinata. Visi enim id certum esset: nequaquā cerneret planete diuersas quantitate latitudines ad augem epicycli et eius oppositum accidere. Deinde haud inertius expectauit aduentum centri epicycli in alterum nodorum: ita ut ipsum a termino boreali per quadrantem distare intelligeret. Sed et copioi planete distantiam quadrantis ab auge epicycli vera delegit. quotienscūq; considerationes duas istas confluisse vidit: non deprehēdit astri aliquam latitudinē. Idem quoq; comperit: planeta in alijs epicycli partibus existēte. Epicyclo tamen in nodo manente: hoc iudicio conuicit totam epicycli superficiem in hoc situ ecliptice superficiem nusquam trāsire. Ad summū igitur Ptolema vestigia sectando asseremus: q; superficies eccentrici in his tribus superioribus ad superficiem ecliptice inclinata sit inclinatione fixa. superficiesq; epicycli ad superficiem eccentrici: non tamē fixa inclinatione. Ita q; longitudine epicycli propior ad eam partem ab eccentrico elongat: ad quam tendit pars eccentrici: in qua ipse epicyclus constituitur. Diameter vero epicycli per longitudines medias transiens: sicut in superficie ecliptice iacere cognoscitur: epi-

Tredecimus

cyclo in altero nodorum manente: Ita extra hos duos situs ecliptice con-
cluditur equidistare.

Propositio .ii.

Xo Generis deniq; et Mercurij latitudinib; pre-
ambula quedam absoluere.

Dum scđulo aspicaret Ptolemeus: quid varietatis in suis
haberent latitudinibus venus et mercurius: deprehēdit qđ cen-
tro epicycli in auge eccentrici constituto: eandem haberet pla-
neta latitudinem in auge epicycli vera existens: qđ in eius op-
posito. Simile reperit qđ centro epicycli in opposito augis eccentrici manēte.
Dec aut latitudo in venere quidē ad ambos situs epicycli dictos erat septen-
trionalis: in mercurio vō meridionalis. Unde liquidum erat: qđ tota diamet-
ter epicycli per augem eius et oppositū transiens. Et ideo etiam centrum epi-
cycli in venere quidem versus septentrionē tenderet: in mercurio aut ad me-
ridiem. Quod accidere nequit: nisi pars eccentrici: que tunc epicylum conti-
net: eo declinet. Postea vō alios planetē in epicyclo sū obseruare studuit
epicyclo tamen in auge eccentrici manente. Potissimum tamen maximas pla-
netē a sole longitudines et matutinas et vespertinas aduertēdas censuit. In
uenit igitur epicyclo veneris in auge eccentrici constituto: lōgitudinē vesper-
tinam pluris decluitatis ad septentrionem qđ longitudinē matutinam. Lō-
trarium vō huius expertus est in opposito augis ecētrici. Ibi enim plus ad
septentrionē tendere notauit longitudinē matutinam qđ vespertinam. Sed
in mercurio aliter. In auge enī eccentrici longitudinē eius vespertinam plus
ad meridiem reperit declinatam qđ longitudinē matutinā. In opposito vō
augis eccentrici huius contrariū. Non pigrus inde experimenta habuit dū
epicycli centrum in altero nodorum situaretur. Considerauit enim qđ plane-
ta vtringz ab auge epicycli per quartam circuli distans: nullam ab ecliptica
haberet latitudinem. In auge vō atq; eius opposito latitudine nō careret:
et quidem differenter. Videlicet enim qđ longitudo propior epicycli veneris in
parte eccentrici sinistra: vbi scz est motus longitudinis diminutus: decliuio:
esset ad meridiem qđ eius lōgitudo longior. Contrariū aut in reliquo nodo.
Ibi enim longitudo epicycli decliuio: erat ad septentrionem: has aut latitu-
dines in mercurio per omnia contrarias inuenit. In nodo enim medietatis
eccentrici sinistre: longitudo propior epicycli decliuio: erat ad septentrionem
qđ longitudo longior. A contrario autē in reliquo nodo. Summatim igitur
intelligemus vtriusq; istorum duorum eccentricum ab ecliptica declina-
tionem pati: non quidem fixam: sed variatam: cuius quidē mutatio cursus
epicycli verum imitatur. Epicyclo enim in auge eccentrici aut eius opposito
existente: maxima est huiusmodi deviatio. Eo aut ab hoc situ recedēte: pede-
tentim minuitur: donec nulla fiet: sed tota superficies eccentrici in superficie
ecliptice situetur: dum scz epicycli centrum in altero nodorum fuerit. Inde
vō recedēns: iterum deviatio ecētrici crescere incipit. In venere quidem: vt
dictum est: semper versus septentrionem: in mercurio aut versus meridiem.
Epicyclus vō hoc habet varietatis in nodis: diameter eius p augem et eius
oppositum transiens: non in superficie deferentis est: sed ad eam inclinatur.
In auge aut eccentrici atq; eius opposito tota illa diameter in superficie ecē-
trici sita est. Diameter vō epicycli orthogonalis ad dictam diametru: in eo
situ: scz augis eccentrici aut eius oppositi: non in superficie eccentrici est: sed ab

Liber

ea reflexione maxima separata: in nodis: nō modo in superficie eccentrici: verū etiam in superficie ecliptice situm sibi vendicat. Panc speculationem si ampliorē cupias: introductorios ad artem nostram libellos consule.

Propositio ij.



Ancte quante sint vniuersae Venereis & Mercurij latitudines discere: vnde liquido singularum superficierum ad alias constabunt inclinationes.

Venus in auge epicycli aut eius opposito manens: competrunt habere latitudinē. io. m. siue epicyclus ipse in auge eccentrici: siue in eius opposito fuit constitut⁹. Mercurius. 4. g. m.

Tanta igitur erit cuiusqz eorum deuiatio siue declinatio eccentrici ad superficiem ecliptice. Nec mirari oportet: quo pacto id considerādi sit potestas: cu^m vterqz eoz in auge epicycli manens aut in eius opposito: ne cōsideratori ap̄pareat: radius solaris impedimentum afferat. Dico equidem planetam nō in his duobus obseruatū esse sitib⁹: sed in locis eis propinquis. Ita vt coniūcere possis: tantam accidere latitudinē planete in auge epicycli aut eius op̄posito existente.

Treterea in locis memoratis eccentrici reflexiones differre compertum est in. c. g. In venere quidem sine diuersitate sensibili in auge atqz eius opposito. In mercurio aut̄ differētia reflexionū in opposito augis eccentrici contingentia: super eas que in aug eccentrici accidunt: addunt medietatem gradus. Ita vt si mediocrem inter extremas reflexionum differen-

tiam pensaveris: quinqz gra. quemadmodū veneri: & nūc mercurio vendica-

bis. Hinc elicitur: maximam reflexionem alterius medietatum epicycli a su-

perficie eccentrici esse fere duorum gradū & dimidiij. Hec enī reflexio dupli-

cata quinqz gradus integrat. Angulum aut̄ inclinationis superficie epicy-
cli ad superficiem eccentrici paulo inferius elicemus. Tandem aut̄ venetiā

epicyclo in altero nodorum constituto: stella ipsa in epicycli auge existens: la-

titudinem ad vtrūqz latus ecliptice habuisse cernitur vnius gradus: in op̄-

posito augis epicycli sex gradū & tertie vnius gradus. Vnde concluditur

angulum inclinationis superficie epicycli ad superficie eccentrici in hoc situ

continens duos gradus & medietatem vnius gradus. Si enim a centro mū-

di per centrum epicycli in hoc situ rectam duc̄s lineam: que secet superficie

conueram epicycli in duobus pūctis. & a summo earum quocūqz velis. 2. g.

& dimidiū numeraueris: due linee terminos huiusmodi arcus continuantes

angulū in centro mundi continebunt. vnius gra. vt quattuo: recti sunt. 3. 60.

Ab infimo vō punto: si tantundē numeraueris: & modo dicto lineas in cen-

tro mūdi confluentes intellexeris: erit angulus in ipsis comprehendens. 6. g.

20. m. fere. Dic aut̄ inclinationis angulus latitudinibus singulis elicendis

inferiori loco vni veniet. Latitudo vō mercurij in auge epicycli existēs vne

g. 7. 4. g. m. cōplectif. In opposito vō augis epicycli. 4. g. fere. Ita vt inclin-


atio superficie epicycli ad superficie eccentrici sex gra. & quartā partē gradus

vnius sibi postulare videtur.

Propositio iij.

Angulos inclinationū huiusmodi geometrica via inuestigare.

Angulos inclinationū huiusmodi itinere geometrico bidicisse volens: intellige superficie planam perpendiculariter in-





Tredecimus

dentem eclipitice transeundo per nodos utrosqz. Que quidem secet epicycli spheram. et sectio communis sit circulus. h. k. e. circa centrum. d. descriptus. Linea augis eccentrici sit. a. b. centrum mundi. g. in se continens. a quo fluat linea. g. d. eclipticam nusquam transiliens. Itēqz linea. g. h. que continueat. d. z. ei perpendiculariter insistere possit. Planeta vō nunc intelligat in. e. auge epicycli nunc in. h. opposito augis. Cum igitur angulus latitudinis. d. g. b. notus sit ex consideratione: erit propo:ratio. g. d. ad. d. z. nota. Sed. h. d. semi: diameter epicycli: ad. g. d. distantiam epicycli a centro mudi proportionem scitam habet: ergo eiusdem ad. d. z. propo:ratio erit manifesta. vnde angulus d. h. z. datus. ideoqz reliquus angulus. g. d. h. intrinsecus haud ignorabitur. et ipse est angulus inclinationis quesitus.

Propositio .v.

Der maximas Martis latitudines: quante sint circulum suorum inclinationes patefacere.

Veneri et mercurio hoc viuum commune nouimus: q tametsi stella ipsa multifarias patiatur latitudines: dum tamē altera earum reperiri solet maxima: reliqua vō nulla est. altera itaqz alteri cedit: quatenus vtrāqz singulatim quanta sit perspicere possit astronomus. In marte aut saturno deniqz et ioue longe diuersius evenit. Martia enī quam quisqz eo:um solet habere latitudo partim ex epicyclo: partim vō ex ecētrico pendet. Itaqz alteram altera aperte et seorsum cognosci nō sinit. Igitur propo:positū executuri: alio tramite p̄ficiemur. Mars in opposito augis epicycli sedem habens: dum epicyclus ipse in auge ecētrici statuitur: phebeum iter transilire cernitur spacio. 4. g. et quarte viius gra. In opposito vō augis eccentrici quantitate. 7. g. Pingamus ergo figurā: in qua due linee. a. b. et. g. d. sectiones communes sint superficie perpendiculariter eclipitice et incidenti cum ipsis superficiebus sectis. a. b. quidē in eclipitica iaceat. g. d. vō eccentrici superficiem nusquam excedat. in q deniqz super duobus centris. g. et. d. duos circulos epicyclū representaturos describamus: qui sint. b. t. k. et. m. n. s. Sitqz diameter epicycli. h. g. k. inclinata ad diametrum eccentrici. similiter. m. d. s. super eandem productis a centro mudi. e. lineis. e. h. e. k. e. m. et. e. s. ad quattuo: puncta. h. k. m. et. s. Stella igitur in opposito augis epicycli existens: epicyclo in auge eccentrici posito: videtur habere latitudinem sūm quantitatem anguli. a. e. k. In opposito vō augis eccentrici ab eclipitica secernitur per angulum. b. e. s. hi duo anguli cogniti sunt: vt supra visum est. Neuter tamen angulo:um. g. e. k. et. d. e. s. sci: habetur. Verum differentia: qua alter alterum superat: comperta est. Ipsa enim est differentia duorum angulo:um. a. e. k. et. b. e. s. dator:um: cum angulis. a. e. g. et. b. e. d. sibi contrapositos equales esse oporteat. Si itaqz propo:tionem anguli. g. e. k. ad angulum. d. e. s. scitam quis daret: mox eorū vterqz prodiret inuētus. Ut igitur hec propo:ratio prope verum cognoscatur: imaginemur lineam rectam transire per centrum mudi et centrum epicycli in duobus sitibus intellecti. puncta sectionū huius linee cum superficie cōverga epicycli ex parte oppositi augis epicycli notemus. Quotquot igit arcus circūfrentie epicycli ab altero horum punctorum numerabimur equales: et eoz terminus centro mundi continuabimus: erunt omnes anguli: quos dicte linee cum linea per centrum epicycli et centrum mundi ducta continēt: inter se eq: les. Idē accidit in reliquo epicycli situ. Ex eis aut que in undecimo libro sit.




ca angulos diuersitatum ab epicyclo pendentium explanata sunt: si certum arcum ab opposto augis epicycli numerabimus: facile constabit: quanto angulo apud centrum mundi ipse subtendetur. et quidem non difficilius in opuesto augis ecetricei qz in ipsa auge. Tales igitur arcus equales accipiam de circueretia epicycli in auge ecentrici et eius opposito intellecti. Ex parte tamen oppositi augis epicycli et equatis: quia angulis in centro mundi ipsi subtenduntur: exploremus. Si enim hos duos inter se conferemus angulos prope verum habebimus proportionem eam quam nostri nunc habent anguli latitudinu. Ea proportio in rem nostram erit hoc pacto. Sit alter illorum angulorum. p. et alter. q. p. quidem maior. q. vero minor. Differentia eoz sit. r. Cum itaqz proportio. p. ad. q. sit sicut anguli. d. e. s. ad angulum. g. e. k. erit diuisim proportio. r. ad. q. sicut differentie duorum angulorum. d. c. s. et. g. e. k. ad angulum. g. e. k. Sed p. et. q. anguli cum differentia angulorum iam dicta noti sunt. quare angulus. g. e. k. non ignorabif. Qui si differentiam sepe memoratam adieceris: angulus. d. e. s. notus resultabit. Igitur trianguli. g. e. k. cuius duo latera. g. e. et. g. k. nota sunt: cum angulo. g. e. k. angulus. e. g. k. scit. veniet per scientiam triangulorum planorum. et ipse est angulus inclinationis epicycli ad superficiem ecentrici. Quem Ptolemeus conclusit habere duos gradus: et quartam unius gradus. Angulum vero. a. e. g. inclinationis ecentrici ad eclipticam unico gradu contineri didicit. Quid si opus huiusmodi precius reddendi libido inceserit Arcu. t. k. siue angulo. e. g. k. utaris ad extrahendum terminos proportionis superius memorate. Inde vero ut prius per omnia procedas.

Propositio vi.

Saturnus postremo cum Ioue suorum inclinations circulorum astronomo cognitas volunt.

Cuius duo tametsi plerisqz cum marte coes in motibus habeant passiones: hoc tamen uno a se diuersiores perspicuum: qz martis latitudines in auge ecentrici atqz eius opposito accidentes sensibiles habent differentias: relativis ad se collatis latitudinibus. Quod vero latitudinibus saturni et iouis in oppositis augiis epicyclorum existentium: atqz in terminis maximarum latitudinum suarum accidentibus interest: sensui non apparet. Namobrem aliud medium propositi nostri sum aperiet. Conuerte oculos ad figuram precedentis. Verum non aspicias circulum epicycli: nisi eum qui in auge ecetricei situatus est super centro. g. Inuenta autem est latitudo saturni in auge epicycli constituti: epicyclo autem in termino boreali manente: per coniecturam que in apparitionibus atqz occultationibus haberit potuit. z. g. fere. In opposito vero augis epicycli triu gradus. Iouis vero in auge epicycli vni gradus. In opposito vero augis epicycli duorum gradus. Igitur in hac figura angulus. b. e. k. prodit cognitus. Ipse enim est differentia duarum latitudinum. Et si proportio anguli. b. e. g. ad angulum g. e. k. nota esset: quis ignoraret utrumqz eorum. Item si arcus. b. z. siue. t. k. sibi equalis foret cognitus: statim haberetur utrumqz duorum angulorum. b. e. g. et. g. e. k. cum proportio etiam lineae. e. g. ad lineam. g. b. siue. g. k. nota sit. Sed neqz isti arcus cogniti sunt. Accipiamus igitur duos arcus equales: quanti cūqz sint: propinquos tamen estimationem arcubus. b. z. et. k. t. adhuc ignoratis. Quod faciemus per tabulas diuersitatū: coniungendo duos diuersitatū angulos arcubus equalibus apud augē et oppositū augis epicycli respondē-






Tredecimus




tes: donec reperiamus aggregatum equari angulo. b.e.k. noto: et quanti sint anguli quibus ipsi apud centrum mundi subtenduntur: exploratum habeamus per ea que in libro undecimo circa finem conclusa sunt. Erit namque eorum angulorum proportionis equalis fere proportioni anguli. b.e.g. ad angulum. g.e.k. Sitque unus eorum. p. et reliquus. q. P. quidem maior: et q. minor. Si igitur p: portio. p. ad. q. est sicut anguli. k.e.g. ad angulum. g.e.h. erit coniunctum proportionis. p. et. q. ad. q. sicut totius anguli. b.e.k. noti ad angulum. b.e.g. Ex tri- bus igitur notis quantitatibus nota fiet quarta: scilicet angulus. b.e.g. Quo ad iecto ad angulum. a.e.h. minime scilicet latitudinis: colligetur totus angulus. a.e.g. notus: qui est angulus inclinationis eccentrici ad eclipticam. Proportionem denique linee. e.g. ad semidiametrum epicycli. g.h. nota est: propter situm epicycli nouum: et angulus. g.e.h. quare per scientiam triangulorum planorum angulus. e.g. h. cognoscitur. Quod dempto ex duobus rectis: manebit angulus. b.g. scilicet: qui mensurat inclinationem epicycli ad superficiem eccentrici. Quod si preci- sius eniti voles: vtere arcu. b.g. nunc propter angulum. b.g. noto: loco eius quo mediante superius proportionem huic rei necessariam elicuisti. Reliqua vero ut antehac exequaris: opusque huiusmodi itera tardiū donec ad bonā precisionē anguli. g.e.h. venies. Ptolemeus vero proportionem: qua vsus est ad saturnū posuit vt. 18. ad. 23. ad iouē vero vt. 29. ad. 43. Angulum inclinationis eccen- trici ad eclipticam in saturno conclusit esse. 2. g. et. 26. m. In iouē autem vnius vero et. 24. m. Verum facilitate operationis persuasus: in saturno accepit pro in- clinatione eccentrici duos gradus esse et dimidiū. In iouē autem vnu gradū et vi- midiū. Epicycli autem ad eccentricum inclinationem dimensus est in saturno quidem 4. gra. et dimidio. In iouē autem duobus gradibus et dimidio.

Propositio vii.



Hoc precedens docuit: via geometrica lucubrare.
Chec precedenti superaddit nouū illud: quo pacto ex linea. g.
k. cognita respectu linee. g.e. et angulo. b.e.k. vterque anguloru-
b.e.g. et. g.e.k. cognosci possit. et inde anguli inclinationum quatuor.
Ex figura igitur precedenti triangulum. b.e.k. resecabo. cui cir-
cumscriptus circulus. h.l.k. centrum. o. habeat. Continuata. e.g.
in. l. punctum circumferentie. A quo quidem centro procedant tres semidiametri
o.p. scilicet. o.k. et. o.g. quarum una lineam. l.e. in punto. r. altera vero lineam. k.b.
per medium et orthogonaliter secans in punto. g. Per quod denique punctum
g. linea. e.g. l. educatur. Ex dato itaque angulo. b.e.k. cum proportione. e.g. ad
g. k. querimus intentum. Quia igitur angulus. b.e.k. notus supponitur: erit
chorda. b.k. respectu diametri circuli nota: et eius medietas. g.k. cuius quadratū
a quadrato semidiametri subtractum: relinet quadratum linee. g.o.
notum. unde ipsa linea. g.a. nota dabitur. Item linea. g.e. ad lineam. g.k. se-
midiametrum scilicet epicycli proportionem habet notam. quae linea. g.e. ad dia-
metrum circuli relata haud ignote fiet qualitatis. Ex qua quidem et linea. l.g.
tantum sit: quantum ex. b.g. in. g.k. siue. g.k. in. se. unde. l.g. nota erit hoc re-
spectu. ideoque tota. l.e. et eius medietas. l.r. Quia si dempseris linea. l.g. resi-
duabitur. g.r. nota. Trianguli itaque. o.g.r. rectanguli duo latera. o.g. et. g.r.
cognita sunt. quare angulus eius acutus. g.o.r. scief. ideoque arcus. p.x. Que-
si ex medietate arcus. e.g. l.p. propter chordam suam. l.e. noti reiceris: mane-
bit arcus. l.p. notus. Hoc denique ex arcu. h.p. sublato: relinetur arcus. h.l.
notus. et ideo angulus. h.e.l. non ignorabitur. Item arcum. l.p. cum arcu. p.k.





Iam not^o: ex toto arcu.l.e.minuas: et habebis arcum residuum.k.e.scitum. quare angulus.e.b.k.scietur. Duo anguli intrinseci.h.e.l. et.e.b.k.iam noti equi pollent angulo.e.g.k.extrinsico: quare ipse notus erit: qui est angulus inclinationis epicycli quesitus. Et angulo aut.h.e.l.cognito cum latitudine astri minore:cognoscetur angulus inclinationis eccentrici ad eclipticam: que sive demonstranda.

Propositio viij.



Tantam latitudinem sive Veneris sive Mercurii in omni eius ab auge epicycli distantia habeat perpendere.

Veneri et mercurio idem processus eadeqz figuratio inseruit. Igitur epicyclu.e.t.d.in altero nodorum constitutu secat superficies plana ecliptice perpendiculariter insistens: et per centrum epicycli.b.transiens. Sitqz superficie huius cum epicyclo sectio comunita linea.d.e. Sectio autem communis huic superficie secanti cum ecliptica sit linea.a.b. ita qz.b.representet centrum epicycli in transitu eccentrici medio manentis: diametru epicycli.d.e. secat alia eius diameter.b.z. perpendiculariter: totaqz superficies epicycli dicte superficie secanti ad rectos incidat angulos. Quo fit: ut omnis linea in superficie epicycli perpendicularis ad linea.d.e. superfici ecliptice equidistet: vna duxat linea.b.z. dempta: que in ipsa ecliptice superficie iacet. Sit igitur planeta in puncto.t. notam ab auge epicycli aut eius opposito habes distantiam. A quo quidem puncto.t. ad superficie ecliptice perpendicularis.t.m. demittat. duoqz puncta.t. et.m. cetro mundi copulent p lineas.a.m. et.a.t. Querim^o itaqz quantitatē anguli.t.a.m. ex notis quibusdam reb^o. scz angulo.a.b.e. et proportione linee.a.b. et.b.e. distatiaqz puncti.t. ab altero duorū punctorū.d.e. Iuri executionē faciem^o: si orthogonale linea puncto.t. ad lineam.d.e. ptedem^o: qz sit.t.k. Itē perpendicularē.l.k. ad superficiem ecliptice pductis duab^o lineis.t.b. et.l.m. vnde sequit quadrilaterū.t k.l.m. esse equidistantium laterū et rectorū angulorū. Nūc syllogismo innitaris. Lu angulus.e.b.t. notus supponaf: et angulus.k. sit rectus: vtracqz duarū linearū.t.k. et.k.b. respectu semidiametri epicycli.b.t. cognita erit. hinc.l.m. linea data. Itē trianguli.k.b.l. angulus.k.b.l. notus est per quintam huius angulus.l. rectus: igitur.k.l. nota erit respectu.k.b. aut ei equalis.t.m. Linea quoqz.l.b. nota erit. vnde omnes respectu linee.b.t. note fiunt. et inde respectu linee.a.b. ex qua si lineam.b.l. subtraxeris: manebit.a.l. non ignota. Quem cum linea.l.m. propter angulum.l. rectum: suscitabit lineam.a.m. notam: et angulum.l.a.m. cognitum. Qui quidem est angulus diversitatis in longitudine. Et linea aut.a.m. leita iam et linea.t.m. superius elicita constabit linea.a.t. cum angulo.t.a.m. qui est angulus latitudinis quesitus.

Propositio ix.



Mclinationē epicycli nihil erroris sensibilis motu longitudinalis immittere.


In principio noni libri dum habitudines orbium explanariemus: superficiem eccentrici a superficie ecliptice nusquam recedere: superficiēqz epicycli in superficie eccentrici iacere supposimus. Quod etiam fecim^o dum per considerationes plerasqz occasiones diuersorum motuum enteremur quasi superficerum ad seinvicem

Tredecimus.

inclinationes. Que si essent: nihil varietatis afferrent. Neq; id ante hunc locum experiendi sicut potestas. nondū enī idonea apparuerunt media. Nunc vero huiusmodi rem absoluere nihil phibet. Sit igitur circulus epicycli. d. t. sup centro. b. imaginatus in superficie ecliptice. Et in puncto. t. planeta ipse statuat: notā habens a puncto. e. distantiam. Et qua quidem angulus. t. b. k. notus fit. Sed angulus. k. rectus est: quare t. k. t. et. k. b. linee respectu. b. t. cognoscuntur. vnde et respectu. a. b. igitur residua. a. k. haud ignota. Que cum linea. k. t. suscitabunt lineam. a. t. cognitam. quare etiā angulus. b. a. t. datus fiet: qui est angulus diuersitatis. non quidem verus: sed conferendus ad angulum diuersitatis. b. a. m. verum ex precedenti notum. Inuenit autē Ptolemeus in venere plurimam horum angulorum differentiam. 2. m. In mercurio vero tria minuta. Que utiq; erroris insensibilis vestigia censeruntur.

Propositio .x.

Altitudines vniuersas trium superiorum dimetiri. Pro his tribus superioribus: quoniam inclinationes epicyclorum permixte sunt inclinationibus ecētricōꝝ: alia via pergendum est. Sit igitur superficies plana erecta super eclipticam secans epicyclum. Quius quidem et ecliptice sectio communis sit. a. b. linea. Differētia vero communis ipsius cum superficie epicycli sit linea. d. g. e. et sit centrum orbis signorum. a. punctum. et centrum orbis revolutionis punctum. g. circa quod epicyclus. d. e. z. h. lineetur. producta diametro eius. h. z. orthogonaliter secante diametrum. d. e. Sicq; epicycli superficies situetur: vt omnis linea in superficie epicycli perpendiculariter super lineam. d. e. producta: superficie ecliptice equidistet. Sit igitur arcus e. t. datus: distat̄e videlicet planete ab opposto augis epicycli. A quo quidē puncto perpendicularē produco. Sed a duobus punctis. t. et. k. duas perpendicularē ad superficiem ecliptice demitto: que sint. t. l. et. k. b. continuando duo puncta. b. et. l. Productisq; lineis duabus. a. t. et. a. l. intendimus ex angulis inclinationis eccentrici et epicycli: et ex proportionē lineae. a. g. ad. g. e. ex situ planete in epicyclo angulum. b. a. l. sc̄z diuersitatis in motu longitudinis: et angulum. t. a. l. latitudinis. Sed prius ad lineam. a. g. demittā perpendicularē. k. m. productis etiam duab' lineis. g. t. et. a. k. Ex triangulo itaq; g. k. t. rectangulo. cuius angulus. t. g. k. notus supponitur. Unaqueq; linearum. t. k. et. k. g. respectu. g. t. semidiametri epicycli notam habebit quantitatem. Sed angulus. k. g. m. inclinationis epicycli notus est: et angulus. m. rectus. igitur due linee. k. m. et. m. g. respectu. k. g. Et ideo respectu. g. t. notevenient. Cum autē situs epicycli supponatur notus: erit prop̄atio lineae. a. g. ad lineam. g. t. cognita. Omnes igitur linee. k. t. k. g. k. m. et. m. g. respectu lineae a. g. innotescunt. Dempta autē. m. g. iam nota: et. a. g. relinquif. a. m. nō ignota. Ex qua cum linea. k. m. nota veniet linea. a. k. propter angulum. m. rectū. hinc etiā angulus. m. a. k. sc̄itus. Erat autē angulus. g. a. b. inclinationis eccentrici cognitus: quare totus angulus. k. a. b. notus erit. Et angulus. b. rectus: igitur utraq; linearum. k. b. et. a. b. respectu. a. k. prius note cognita dabitur. Item linea. b. l. est nota: quoniam equalis. k. t. superius cognite. Est enī quadrangulum. t. k. b. l. equidistantium laterum: et ~~notandum~~ angulorū: ex lineis itaq; a. b. et. b. l. cum angulo. b. recto: dabif linea. a. l. cognita. ideoq; angul' b. a. l. sc̄itus: q; est angulus diuersitatis motus longitudinis. Preterea ex linea. a. l. iam nota: et linea. t. l. eqli. k. b. pridē note: et angulo. a. l. t. recto: prodi-



bit linea. a. t. scita. et angulus. t. a. l. nequaquam ignorabitur: qui quidem est angulus latitudinis quefitus. **N**isi angulum. b. a. l. diuersitatis verum: angulo diuersitatis: qui elicitur: epicyclo in eclyptica iacente conferemus: nullam aut insensibilem differentiam sentiemus. Ptolemeus namque differentiam horum angulorum in saturno et iove inuenit sere vnius minuti. In marte autem penitus insensibilem.

P. opositio **xij.**



Arimam reflexionis latitudinem in punto contactus accidere.

Modestiae causa ponamus centrum epicycli in superficie orbis signorum. Sitque ipsum. b. circa quod describatur epicyclus. d. e. z. h. Ductaque linea a centro mundi per ipsum epicycli centrum: que sit. a. b. g. Dicatur alia linea contingens epicyclum. a. e. Alia item secans epicyclum in duobus punctis. d. et. z. A punctis vero d. e. et. z. linee protendantur perpendicularares. Una quidem ad superficiem orbis signorum. d. n. scz. e. n. et. z. s. Alie vero. d. t. e. k. et. z. l. ad lineam. a. b. Lointinenturque termini harum perpendicularium lineis. t. m. k. n. et. s. l. Ductaque linea. a. n. itaque linea. a. s. m. Proportet enim hec tria puncta. a. s. m. in una recta linea esse: quoniam ipsa sunt in sectione communis superficii octagonaliter secantis eclypticam: et transeuntis per lineam. a. d. Quibus dispositis: ostendendum est: quod planetae in punto. e. existent: maxima reflexionis latitudo evenire solet. Sunt enim tres trianguli. d. t. m. e. k. n. z. l. s. equianguli: quoniam unusquisque habet angulum rectum. Reliqui autem anguli equales sunt quoniam binarie lineas continentur inter se equidistantes. Erit igitur proportionatio. e. k. ad. e. n. sicut. d. t. ad. d. m. et sicut. z. l. ad. z. s. Sed maior est proportione. e. k. ad. e. a. q. d. t. ad. d. a. itaque maior: q. d. z. l. ad. z. a. Si itaque a proportione. e. k. ad. e. a. que maior est proportione. d. t. ad. d. a. subtracteris proportionem. k. e. ad. e. n. equalē proportioni. t. d. ad. d. m. similiter proportionē. t. d. ad. d. m. reicceris ex proportione. t. d. ad. d. a. manebit proportionē. n. e. ad. e. a. maior: proportionē. d. m. ad. d. a. Ipsaque proportionē. n. e. ad. n. a. maior: ex simili medio proportionē. z. s. ad. z. a. Cum autem tres anguli. a. n. e. a. m. d. et. a. s. z. sint recti: erit angulus. e. a. n. maior: angulis. d. a. m. et. z. a. s. Simili via probabis de reliquo planete in semicirculo. g. e. h. sitibus: oēs videlicet progressu ad punctū. e.

Propositio **xij.**

Epicylo in auge eccentrici aut eius opposito manente: quanta sit superficie sue ad superficiem eccentrici inclinatio depromere.

Venus et mercurius hac in re unam suscipiunt dispositionem. In qua superficies epicycli sit circulus. g. d. e. super centro. b. inclinatus ad superficiem eccentrici. **A** centro autem orbis signorum prodeat linea. a. d. contingens epicyclum in punto. d. et alia linea a. e. g. per centrum epicycli transiens: epicyclique circumsferentiā in duobus punctis. g. et. e. secans. Deinde a punto. d. tres linee producantur. d. b. quidem semidiameter epicycli. d. z. perpendicularis ad lineam. g. e. et. d. h. perpendicularis ad superficiem eccentrici. **Punctum quoque. b.** cum duobus punctis. a. et. z. conti-




Tredecimus.

Muetur lineis. b. 3. et. b. a. Erit autem. b. 3. necessario perpendicularis ad lineam g. e. Ex angulo igitur reflexionis. d. a. b. quem precedens demonstrauit in hoc situ planete accidere maximum. Querimus angulum. d. 3. b. qui determinat inclinationem quesitam. Ex tertia autem huius angulus. d. a. b. notus concludatur. Quia igitur propo:stio linee. a. b. ad. b. d. nota est: erit et. a. d. respectu vtriusque earum nota propter angulum. a. d. b. rectum. Sed propo:stio. a. b. ad. a. d. iam nota m: est ut propo:stio. b. d. ad. d. 3. ex similitudine triangulorum: quae cum tres prime sint note: erit quarta scilicet linea. d. 3. respectu reliquarum nota. Item propter angulum. d. a. b. notum: et angulum. b. rectum: sit nota propo:stio linee. d. b. ad lineam. d. a. unde linea. d. b. ad lineam. d. 3. proportionem habebit notam. Cum autem angulus. d. b. 3. sit rectus: erit angulus. d. 3. b. cognitus qui est angulus inclinationis quesitus. Invenit autem Ptolemeus hunc angulum in venere quidem continere tres gradus et medietatem gradus: ut quattuor recti sint. 360. In mercurio autem septem gradus. Non conturberis autem ex eo in tertia huiusmodi latitudines reflexionum respectu ecliptice consideratarum aggregavimus: et medietatem aggregati propo:stito presenti adaptavimus. Cum tamen centrum epicycli in his considerationibus non fuerit in superficie ecliptice: tam parua est enim certi ad eclipticam inclinatio. quod nihil ad hoc erroris sensibilis accidere potest.

Propositio xiiij.


Aximum angulum diuersitatis vere apud punctum contactus reperi.

